



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

F. Ioannis Slotani Geffensis Sacrae Theologiae Professoris, de verbi Dei
virtute, & Ecclesiae insuperabili potentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

200
F. IOANNIS SLOTA

NI GEFENSIS SACRAE THE
ologiae Professoris, de verbi Dei
virtute, & Ecclesiae insupe-
rabili potentia.

Liber I.

CAPVT PRIMVM.



DE virtute verbi Dei, ac
illius felici progres-
su, & Ecclesiae insu-
perabili ac inuicta po-
tētia scripturus, patro-
cinium magistri Eccle-
siae, nimirum spiritus sancti, suppli-
cibus votis exopto atque deosco, vt
ipse suppeditare dignetur, quod vel
meam memoriam, vel intelligentiam
subterfugerit. Non enim tam ampla ser-
monis mihi est supellex, neq; mens tā
profundae intelligentiae, neq; memoria
tantae tenacitatis, vt non maximis votis
percupiam, sermonis nostri supellecti-
lem augeri, mentis intelligentiam
reddi

IOAN. SLOT. GEF.

reddi perspicatorem, & memoriã longè tenaciorem. Et vt adsit (quod tamen omnino de me affirmare non possum) eloquentia plana, mens profunda, memoria tenax, omnia tamen otiosa sunt, si non adsit spiritus sanctus, vim suppetitans, docens & suggerens omnia. Huius itaque præsidio, suggestione, & directione confisus, principiò docendū erit, verbum Dei à Deo reuelatum, in quo consistat, aut quid nomine verbi dei accipere debeamus, deinde probandum atque demonstrandum, idem verbum Dei, per eius ministros sufficienter semper ecclesiæ annunciatum, denique ipsam Ecclesiam Dei (quæ verbum istud sibi prædicatum retinet, & per spiritus sancti magisterium, rectè & intelligit & interpretatur) vnà cum verbo suo esse inuictæ & insuperabilis potentia.

CAPVT II.

Verbum
Dei quid.

PORRò ad cognoscendum, quid nomine verbi Dei accipere debeamus, animaduertendum est, verbū dei esse, quicquid ad Ecclesiæ vtilitatem, à deo

DE R
de reue
finitione
nicæ vtr
verum e
in quibu
uat quoq
rum defit
se verbum
& duntax
verbis de
nostram h
mus, ac ve
eorum m
strata. I
finitione
continud
quicquid
etiamsi in
enim que
cis reper
illis intel
sendum e
gendo, se
Verum d
pleamus

deo reuelatum est. Sub qua quidem de
finitione non solùm continentur cano
nicæ vtriusque testamenti scripturæ,
verùm etiam traditiones sacrosanctæ,
in quibus bona pars fidei cōsistit. Ener
uat quoque hæc definitio aduersario
rum definitionem, qua dicunt illud ef
se verbum dei, quod à deo reuelatum,
& duntaxat sacris scripturis, expressis
verbis demandatum est. Cæterùm vbi
nostram hanc definitionem, stabilieri
mus, ac veram esse demonstraerimus,
eorum mox apparebit conuulsa ac pro
strata. Porrò circa aduersariorum de
finitionem est obseruandum, non hoc
continuò dei verbum esse censendum,
quicquid verbum dei esse prætenditur,
etiãsi in sacris literis contineatur. Nō
enim quod scriptum in libris canoni
cis reperitur, sed quod rectè & sanè in
illis intellectum est, hoc verbum dei cē
sendum est. Scripturæ enim non in le
gendo, sed in intelligendo consistunt.
Verùm de hoc alibi copiosius, nunc im
pleamus quod polliciti sumus.

Cap.

2. Pet. 1.**1. Thef. 2.****Amos 3.**

ITaque verbum Dei diximus esse, quicquid à deo ad Ecclesiæ utilitatem reuelatum est. Reuelatum autem esse à deo quæ prophetæ ad ecclesiæ utilitatem vaticinati, corypheus Apostolorum Petrus, testimonio suo confirmat, dicēs: Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Apostolus quoque Paulus, ea quæ prædicauit, non verbum hominum, sed verbū dei constanter asseuerauit, dicens: Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cū accepissetis à nobis, verbum audit⁹ dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbū dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Sed & Amos propheta nihil omnino dominum acturum prædicit, quod non prius reuelauerit prophetis suis. Quia non faciet (inquit) dominus Deus verbum, nisi reuelauerit

secre-

D
secretu
tas. Ex
num pr
phetis s
minibu
quod v
à Deo.
suum, &
bum su
Deum,
& habit
dem mu
patribu
bus isti
vnigen
dei esse
similitu
tu inue
volunt
Hic ita
vt volu
ret, duc
dabat n
cæteris
dum e
lux mu

secretum suum ad seruos suos prophetas. Ex quibus omnibus constat, dominum prius verbum suum reuelasse prophetis suis, qui reuelatione accepta, hominibus eandem denunciauerunt, & id quod vaticinati sunt, hoc accepisse eos à Deo. Reuelauit autem Deus verbum suum, & per prophetas suos & per verbum suum, quod erat in principio apud Deum, & Deus erat, & caro factum est, & habitauit in nobis. Multifariè siquidem multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Hic vnigenitus dei patris, quum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, & in similitudinem hominum factus, habitu inuentus est vt homo, vt adimpleret voluntatem patris sui, qui miserat eum. Hic itaq; cœlestis doctor à deo missus, vt voluntatem dei hominibus insinua-
 ret, duodecim elegit Apostolos, quibus dabat nosse mysteria regni dei, quum ceteris loqueretur in parabolis. His dictum est: Vos estis sal terræ: Vos estis lux mundi: Qui vos audit, me audit, & qui

Verbum
 suum per
 quos reue-
 lauerit de-
 us.

Ioan. 1.

Philip. 2.

Matt. 5.

Luc. 10

Luc. 10

qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo:

Matt. 18.

Ioan. 20.

erunt soluta & in cælo. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. His itaque electis apostolis suis plurima reuelauit, ac per

Matt. 21.

femetipsum aperire dignatus est incarnatus filius dei, quæ alijs certa dispensatione abscondit, quemadmodum ipse in euangelio ait: Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater, quoniã sic fuit bene placitum ante te. Quam plurima quoque eis contradidit atque commisit, eosque in multis docuit, quorum postmodum obliuionem acceperunt, neque nisi per suggestionem spiritus sancti, ad eorum memoriã reuocata sunt. Multa item dicturus fuerat eis, quæ capere nondum poterant, quæ tamen accepto spiritu sancto, plenè perfecteque
cogno-

DE V
cogno
multa ha
testis po
rit ille sp
mnam ve
autem sp
ter in no
mnia, & f
que dixe
ac euiden
mnia qu
sunt, sic r
nim si E
mnia, qu
literis de
bere pot
bus popu
sum (vtp
tius Eccl
parabat)
quis, alic
descripse
cta, non p
stante Io
qui ait: M
Iesus in c

DE VERBI DEI VIRTUTE. 203

cognouerunt. Vnde dixit eis: Adhuc *Ioan. 16.*

multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et iterum: Paracletus *Ioan. 14*

autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixerò vobis. Certum identidem

aceuidens est, quemadmodum non omnia quæ Christus gessit conscripta sunt, sic neque omnia quæ docuit. Etenim si Evangelistæ non potuerunt omnia, quæ operatus est, siue quæ gessit, literis demandare, multo minus describere potuerunt omnia illius verba, qui bus populos palam, & discipulos seorsum (vtpote quos ad magisterium totius Ecclesiæ, iam instituebat ac præparabat) edocuit. Profectò facilius quis, alicuius opera omnia, quàm verba descripserit. Palam autem est Christi acta, non potuisse conscribi omnia, testante Ioanne apostolo & Evangelista, qui ait: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in còspectu discipulorum suorù,

Ioan. 16.

Ioan. 14

Scripta non sunt omnia Christi gesta & dogmata.

Ioan. 10.

d quæ

IOANN. SLOT. GEF.

Ioan. 21.

quæ non sunt scripta in libro hoc. Et iterum: Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū, capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

CAPVT III.

Matt. 28.

Magisterium spiritus sancti

Manifestum est itaq; Christum plurima & fecisse & docuisse, quæ nullis canonicis scripturis aut comprehensa sunt, aut comprehendi commodè potuerunt, quorum tñ bona pars fidelibus ad salutem necessaria est, quæ Apostoli à Christo viua voce acceperunt, & ipso mādante gentibus (quas ad fidem prædicando conuerterunt) tradiderunt, quemadmodum ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandauit vobis. Huc accedebat spiritus sancti magisterium, qui & docuit eos omnia quæ docerent & instituerent ad ædificationem credentium, & verba Christi, quæ iam memoria eorum exciderant, denuo suggessit. Hoc ergo magisterio edocti apostoli,

DE
stoli, p
seruand
turis co
ditione
bus apo
tenete t
p sermo
alibi: La
per om
tradidi v
spectat q
multa scr
mini, qu
modum
stolæ, cæ
nam. In d
perambu
firmans e
pcepta
de etiam
bit, dicēs
di, deuitā
oppositio
Quod ver
pæscrip
telligit vi

DE VERBI DEI VIRT. 204

stoli, plurima fidelibus credenda & ob-
seruanda tradiderunt, quæ nullis scrip-
turis committere voluerunt, & per tra-
ditionē ad nos vsq; deuenerūt. De qui-
bus apost. Paulus scribit, dicēs: State &
tenete traditiones quas didicistis, siue
p̄ sermonē, siue p̄ epistolā nostram. Et
alibi: Laudo (inquit) vos fratres, quōd
per omnia mei memores estis, & sicut
tradidi vobis, p̄cepta mea tenetis. Huc
spectat quod in eadem epistola, quum
multa scripssisset Corinthijs de cœna do-
mini, quia necesse non erat, vt omnem
modum & ordinem, committeret epi-
stolæ, cætera (inquit) quū venero dispo-
nam. Inde est etiam quod paulus, quum
perambulare Syria & Ciliciam, con-
firmans ecclesias, p̄cipiebat custodire
p̄cepta Apostolorū & seniorum. Vn-
de etiam discipulo suo Timotheo scri-
bit, dicēs: O Timothee depositū custo-
di, deuitās p̄phanas vocū nouitates, &
oppositiones falsi nominis scientiæ.
Quod verbum Tertullianus in libro de
p̄scrip. Hæreticorum de doctrina in-
telligit viua voce tradita. Traditiones
d 2 (inquit)

Traditio-
num auto-
ritas,

2. Tim 2.

1. Cor. 11.

1. Cor. 12.

Act. 15.

1. Tim. 6.

IOAN SLOT GEF.

(inquit) per viam vocem doctrinæ ecclesiasticæ, appellabat Apostolus depositum. Ceterum quoniam hæ sacrosanctæ traditiones partim à Christo, partim à spiritu sancto, apostolis sunt reuelatæ ad vtilitatem Ecclesiæ, non immerito sub verbi dei definitione comprehenduntur, & corrui aduersariorum definitio, qua definiunt illud duntaxat esse verbum Dei, quod à deo reuelatû, solis scripturis canonicis, exertis verbis expressum est. Aduersus quam licet multa scripserimus in eo libro, quæ de retinenda fide orthodoxa & catholica, aduersus hæreses & sectas, lib. 2. cap. 3. & 4. conscripsimus, tamen ne nostram sententiam siue definitionem, hoc loco nudis duntaxat verbis affirmasse videamur, quoniam in ore testium duorum aut trium stat omne verbum, tres aut quatuor pro nostra sententiâ testes producemus in medium.

CAPVT V.

PROcedat itaque in medium Tertullianus autor sanè peruetustus, & expli-

DE
explicet
cui titulu
tis, scrib
tionis ob
ritas scri
ditio no
Planè ne
exempla
tionum,
strumen
inde cor
camus. D
diar, aqu
quando p
manu co
bolo, & p
ter merg
dentes, e
determin
mellis co
quæ ea di
tam hebe
ristiæ fac
ctus, & c
no etiam
liorum n

explicet sententiã suam. Is enim libro, **Tertullia-**
 cui titulum esse voluit, De corona mili **ni testimo-**
 tis, scribit in hæc verba: Etiam in tradi **nium de**
 tionis obtentu, exigenda (inquis) auto **Tradi io-**
 ritas scripta. Ergo quæramus, an & tradi **nibus non**
 ditio non scripta, non debeat recipi? **scriptis**
 Planè negabimus recipiendam, si nulla
 exempla præiudicent aliarum observa-
 tionum, quas sine vllius scripturæ in-
 strumento, solius traditionis titulo, ex-
 inde consuetudinis patrocínio vindicamus.
 Denique vt à baptisate ingrediar, aquam
 adituri, ibidem, sed & aliquando prius
 in Ecclesia sub antistitis manu contestamur
 nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis
 eius. De hinc ter mergitamur, amplius aliquid
 respõdentes, quàm dominus in Euangelio
 determinauit. Inde suscepti, lactis & mellis
 concordiam prægustamus. Ex quæ ea die,
 lauachro quotidiano, per totam hebdomadam
 abstinemus. Eucharistiæ sacramentum, & in
 tempore victus, & omnibus mandatum à
 domino etiam antelucanis cœtibus, nec de
 aliorum manu, quam præfidentium sumimus.

IOANN. SLO. GEF.

mimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die pasche in pentecostem vsq; gaudeamus. Calicis aut panis etiam nostri, aliquid decuti in terram, anxie patimur. Ad omnem progressum atq; promotum ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauachra ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunq; nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem expostules scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi preterditur autrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam, aut ipse perspicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, disces. Interim nonnullam esse credes, cui debeat obsequium. Adijcio vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniant. Apud Iudæos tam solemne est foeminis eorum velamen capitis, vt inde noscantur. Quæro legem,

DE
legem, A
conspici
fit, priua
tuit, aut
virgines
tes, nec a
fas. Si &
gumentu
re, & hic
nerat eru
tò abscor
iam plac
ti, nō put
placuit. F
ipsa quo
in quacu
reperio, f
dini mor
quandoc
terpretat
emplis r
non scrip
tione def
dine, idon
ex perfe
suetudo a

legem, Apostolum differo. Si Rebecca
 conspecto procul sponso velamen inua-
 sit, priuatus pudor legem facere nõ po-
 tuit, aut causæ suæ fecerit. Tegantur
 virgines solæ, & hoc nuptum venien-
 tes, nec antequam cognouerunt spon-
 sas. Si & Susanna in iudicio reuelata, ar-
 gumentum velatæ præstat, possum dice-
 re, & hic velamen arbitrij fuit. Rea ve-
 nerat erubescens de infamia sua, meri-
 tõ abscondens decorem, vel quia timēs
 iam placere. Cæterum in stadio mari-
 ti, nõ putem velatam deambulasse, quæ
 placuit. Fuerit nunc velata semper. In
 ipsa quoq; legem habitus inquirō, vel
 in quacunque alia. Si legem nusquam
 reperio, sequitur vt traditio consuetu-
 dini morem hunc dederit, habiturum
 quandoq; Apostoli auctoritatem ex in-
 terpretatione rationis. His igitur ex-
 emplis renunciatum erit, posse etiam
 non scriptam traditionem, in obserua-
 tione defendi confirmatam consuetu-
 dine, idonea teste pbatæ tũc traditiõis *Consuetu-
 dinis vis.*
 ex perseverantia obseruationis. Con-
 suetudo autem etiã in ciuilibus rebus,

IOANN. SLOT. GEF.

pro lege suscipitur, cum deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commēdet. Porò si lex ratione constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, à quocūque productum. An non putas omni fidei licere concipere & constituere, dūtaxat quod deo congruat, quod disciplinæ conducat, quod saluti proficiat, dicente domino: Cur autem non & à vobis ipsis, quod iustum est iudicatis? vt non de iudicio tantùm, sed de omni sententia rerum examinandarum. Dicit & Apostolus: Si quid ignoratis, deus vobis reuelabit. Solitus & ipse consilium subministrare, cū præceptum domini non habebat, & quædam edicere à semetipso, sed & ipse spiritum dei habes deductorem omnis veritatis. Itaq; consilium & edictum eius, diuini iam præcepti instar obtinuit, de rationis diuinę patrocínio. Hęc nūc postula, saluo traditionis respectu, quocūq; traditore cęsetur, nec autorē respicias, sed autoritatem, & in primis consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est, ne non sit ratio.

DE V
rationis
derit, tun
fit tibi co

Succed
Sperhib
magnus C
pus, sancti
celeberrim
cto cap. 27
mata quæ
dam habe
ta, quæda
lorū, in m
dita recep
vim habere
quam con
niter exp
siastica. N
pto prod
tum habe
cere, imp
quę in Eu
habentur
cationem

rationis interpres, vt si & hanc Deus de-
derit, tunc discas cur nam obseruanda
sit tibi consuetudo. Haftenus ille.

CAPVT VI.

Succedat iam alius, & testimonium
Sperhibeat veritati. Is erit Basilius
magnus Cæsariensis quondam Episco-
pus, sanctitatis & eruditionis opinione
celeberrim⁹, qui in libro de spiritu san-
cto cap. 27. scribit in hæc verba: Dog-
mata quæ in Ecclesia prædicantur, quæ
dam habemus è doctrina scripto prodi-
ta, quædam rursus ex traditione aposto-
lorū, in mysterio, id est, in occulto tra-
dita recepimus. Quorum vtraque parē
vim habent ad pietatem, nec his quis-
quam contradicit, quisquis sanè vel te-
nuer expertus est, quæ sint iura eccle-
siastica. Nam si consuetudines, quæ scri-
pto proditæ non sunt, tanquã haud mul-
tum habentes momenti conemur reij-
cere, imprudentes & ea damnabimus,
quæ in Euangelio necessaria ad salutem
habentur, imò potius ipsam fidei prædi-
cationem, ad nudum nomen contrahe-
mus

Dogmata
quædam
habentur
scripto
prodita,
quædam
traditione

IOAN. SLOT. GEF.

mus. Quod genus est, vt eius q̄ primū est & vulgatissimū primo loco cōmemorē, vt ligno crucis eos, qui sp̄e collocarunt in Christū, signemus, q̄s scripto docuit vt ad orientē versi precemur, q̄ nos docuit scriptura? Inuocationis verba, quū ostēditur panis Eucharistiæ, & poculū benedictionis quis sanctorū in scripto nobis reliquit? Nec em̄ his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Euangeliū, verūm alia quoq; & ante & post dicimus, tanq̄ multū habētiam momenti ad mysteriū, quæ ex traditione citra scriptū accepimus. Cōsecramus aut̄ aquā baptismatis, & oleū vnctōnis, p̄terea ipsum q̄ baptismū accipit, ex quib. scriptis. Nōne à tacita secretaq; traditione? Ipsam porrò Dei iniūctiōe, q̄s sermo scripto p̄ditus docuit? Iā ter immergi hominē, vnde est traditū? Reliqua itē quæ fiunt in baptismo, veluti renūciare satanæ & angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nōne ex priuata & arcana hac traditione? Nōne ex doctrina, quā patres nostri in silentio, qd̄ curiosos & otiosos submouet, seruarūt?

Pul.

DE V

Pulchrè q̄
norum ver
uari. Nam
initiat, q̄
nam, publ
quid tand
ses, qui no
passus sit c
phanos ex
Sed priora
Leuitas fo
ministerio
caustomat
steriū face
ex oībus f
ne id quid
quotannis
horā, qua f
propter no
stupore in
probè scie
tas & vnde
se contēpt
tum est, q̄
iunctā esse
studium.

Pulchrè quidem illi, nimirū docti arca-
 norum venerationem silentio confer-
 uari. Nam quæ nec intueri fas est, non
 initiatis, qui conueniebat horū doctri-
 nam, publicitus circūferri scripto? Aut
 quid tandē sibi voluit magnus ille Moy-
 ses, qui non omnia quæ erāt in templo,
 passus sit omnibus esse peruia, sed pro-
 phanos extra sacros cancellos statuit.
 Sed priora atria purioribus permittēs,
 Leuitas solos dignos censuit, numinis
 ministerio, mactationes autem & holo-
 caustomatū oblationes, reliquūq; mini-
 steriū sacerdotibus assignauit, atq; vnū
 ex oībus selectum in adita recepit, ac
 ne id quidem semp, sed vno tantū die
 quotannis, rursus & huius diei certam
 horā, qua fas esset ingredi, p̄stituit, quo
 propter nouitatē & dissuetudinē, cum
 stupore intuerentur sancta sanctorum,
 probè sciens p̄ sua sapientia, res vsu tri-
 tas & vndecūq; parabiles, expositas es-
 se contēptui, cæterū ei quod seposi-
 tum est, quodq; rarū est, huic natura cō-
 iunctā esse summam admirationem ac
 studium. Ad eundem profectō mo-
 dum

IOANN. SLO. GEF.

Dogma
quid.
Edictum
quid.

Oramus
ad oriente

Oraimus
bimta die
stantes.

dum, & qui in primordijs Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & patres, in occulto silentioque mysterijs suam seruare dignitatem. Neq; enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio, quæ quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatû cognitio, propter assuetudinem, vulgo veniret in contemptum. Aliud autem est dogma, aliud edictum. Nam dogmata silentur, edicta vero publicantur. Est autem silentij species etiam obscuritas qua vitur scriptura, mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad utilitatē in scripturis versantium. Hanc ob causam omnes spectamus ad Orientem quum precamur, pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradysum, quem conseruat Deus in Eden ad Orientem. At in prima sabbati, erecti perficimus deprecationes, sed rationem nõ omnes nouimus. Nõ solùm enim quod veluti simul cum Christo resucitati, quod fursum sunt quærere debemus, in die resurre-

DE V
resurrecto
do precamur
nefacimus
quo modo
quum sit p
mus à Me
Facta est (i
vnus, tan
nus sit ide
gularem a
mista alicu
significan
temporun
ac vespere
tem, hoc e
habet, nec
igitur in h
docet, stan
assidua co
quam des
demigrati
& totum t
admoniti
illo seculo
& primus
tem sacræ

DE VERBI DEI VIR. 109

resurrectionis datæ nobis gratiæ stan-
do precantes nosmetipsos commone-
nefacimus, sed quòd is dies videatur ali-
quo modo imago venturi seculi. Eoq; **Genes. 1**
quum sit principium dierum non pri-
mus à Moyse, sed vnus appellatus est:
Facta est (inquit) vespere & mane dies
vnus, tanquam qui sæpe recurrat, vt v-
nus sit idem & octauus, vnum illum sin-
gularem ac verum octauum, cuius Psal-
mista alicubi in Psalmis meminit, per se
significans, diem inquam post horum
temporum statum nunquam finiendū,
ac vespere nescium, nec successori cedē-
tem, hoc est, æternitatem, quæ nec finē
habet, nec senium nouit. Necessarium
igitur in hoc die ecclesia suos alumnos
docet, stantes absoluere preces suas, vt
assidua commotione vitæ illius nun-
quam desituræ, nō negligamus ad eam
demigrationem parare viaticum. Quin
& totum tempus vsque ad Pentecostē,
admonitio est resurrectionis, quàm in
illo seculo expectamus. Nam vnus ille
& primus dies septies multiplicatus, sep-
tem sacræ Pentecostes hebdomadas ab-
sol-

IOANN. SLOT. GEF.

soluit. A primo enim incipiens, in prin-
cipiū definit, per similes qui in medio
intercedūt dies quinquagies euolutus.
Vnde & æternitatem similitudine re-
fert, dum velut in motu circulari, ab ijs-
dē orsus signis, in eadē definit. In quo
corporis erecto habitu ꝑcari poti⁹ nos
ecclesiæ ritus docuerunt, nimirū per e-
uidētē cōmonitionē, quasi transferē-
tes mentem nostrā, à ꝑsētib⁹ ad futu-
ra. Insuper & quoties genua flectimus,
& rursus erigimur, ipso facto ostendi-
mus, ꝑ ob peccatum in terram delapsi
sumus, & ꝑ humanitatē eius qui creauit
nos, in cœlum reuocati sumus. Deficiet
me dies, si Ecclesiæ mysteria citra scrip-
tum tradita, pergam recensere. Omit-
to cætera, ipsam fidei professionem,
qua credimus in patrē & filium & spi-
ritum sanctum, è quibus habemus scri-
ptis? Etenim si quoniam ex baptismi
traditione, iuxta pietatis congruentiā,
vt baptizamur, ita credere debemus,
si similem baptismi professionem exhi-
bemus, concedant nobis, vt iuxta ean-
dem consequentiam, similiter glorifi-
cemus

Oramus
genua fle-
ctentes, &
deuoto eri-
gentes,

DE V
cemus De
rificandi m
traditum r
fidei profes
memorauit
Hæc ille-
libro contr
qui non vo
ta non esse
tè dici pu
venena, no
parationes.
stes, noua b
insidias, c
vorum, sec
Apostolus.

D Enic
ad Ia
scripta, se
quidem tot
tur, datur i
lis, vel plen
in ecclesia
mendata at
dñi passio

cemus Deum, vt credimus. Quòd si glorificandi modum, veluti scripto non traditum reijciunt, proferant nobis & fidei professionis, cæterorum quæ cõmemorauimus, probationem è sacris. Hæc ille. Diuus quoque Hilarius in libro contra Constantium Augustum qui non volebat verba dici quæ scripta non essent, sic scribit: Dic prius si rectè dici putas: Nolo aduersum noua venena, nouas medicamentorum comparationes. Nolo aduersum nouos hostes, noua bella. Nolo aduersum nouas insidias, consilia recentia. Nouitates vocum, sed prophanas, deuitari iubet Apostolus.

CAPVT VII.

DEniq; D. Augustinus epist. 118. ad Ianuariũ: Illa, inquit, quæ nõ scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab istis Apostolis, vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atq; statuta retineri, sicut quæ dñi passio & resurrectio & ascensio
in cœ-

IOAN. SLOT. GEF.

in cœlum, & aduentus de cœlo spiritus
 sancti, anniuersaria celebritate celeban
 tur, & si quid aliud tale occurrerit, q̄
 seruetur ab vniuersis, quacunque se dif
 fundat ecclesia. Et iterum ibidem: Si di
 uinæ (ait) scripturæ præscribit autori
 tas, non est dubitandum quin ita facere
 debeamus vt legimus, vt iam non quo
 modo faciendum, sed quomodo sacra
 mentum intelligendum sit disputemus.
 Similiter etiam si quid horum, tota die
 per orbem frequētat ecclesia. Nam hoc
 quin ita faciendum sit disputare, in solen
 tissimæ insanix est. Hactenus ille. Cum
 hunc librum primo conscriberemus sa
 tis esse videbatur nobis, si in ore duorū
 vel trium testium contenti essemus, sed
 nunc propter quosdam qui suis cauilla
 tionibus omnia eludunt plures placuit
 adducere in testimonium veritatis. Ita
 que Dionysius Areopagita sanctissimi
 apostoli Pauli discipulus cap. 1. Eccles.
 Hierarchiæ ita scribit: Substantia sacer
 dotij nostri, scriptura sacra est, nobis di
 uinitus tradita. Porrò huiusmodi plena
 venerationis eloquia dicimus: quæq; à
 beatif

DE V
 beatissimis
 sacris myst
 ctis ac theo
 bris. Ac p̄te
 simis viris
 propinqua
 rarchiæ do
 tores nostr
 animum (n
 corporali c
 nitus exce
 fusa sunt. E
 cipes nostr
 instituerun
 bus, sed sig
 rūt. Est en
 omnium sc
 eloquia. N
 stri sacerdo
 summa, sup
 sius sancti
 cepissent, &
 & propaga
 sent, ipsi qu
 um) poster
 tim cupere

beatissimis patribus nostris (à quibus
 sacris mysterijs imbuti sumus) in san-
 ctis ac theologicis commendata sunt li-
 bris. Ac p̄terea, quęq; ab eisdem sanctif-
 simis viris, sacratiore & purgatiore &
 propinqua quodammodo, cęlesti hie-
 rarchie doctrina, sancti duces ac p̄cep-
 tores nostri didicerunt, & ex animo in
 animum (medio intercurrente verbo,
 corporali quidem, sed quod carnis pe-
 nitus excedat sensum) sine literis trans-
 fusa sunt. Et ipsi quoq; sanctissimi prin-
 cipes nostri, dum sacra publicè agenda
 instituerunt, non apertis & patulis sensi-
 bus, sed signis augustioribus tradide-
 rūt. Est enim non omnis sanctus, neq;
 omnium scientia est, vt sacra testantur
 eloquia. Necessario itaq; primi illi no-
 stri sacerdotalis muneris duces, cum ex-
 summa, supersubstantialiq; deitate, ip-
 sius sancti muneris plenitudinem per-
 cepissent, & id ipsum deinceps proferre
 & propagare, à diuina bonitate missi es-
 sent, ipsique (vt qui transsissent in de-
 um) posteros ad diuina prouehere affa-
 tim cuperent, visibilibus signis, cęle-
 e stia

IOANN. SLOT. GEF.

stia sacramenta texerunt, varietateque ac multitudine, quod vnicum est et collectum tradiderunt. Et in humanis imaginibus res diuinas, materialibusque figuris, spiritualium maiestatem, atque in ijs quæ nobis sunt familiaria, summa illa & supersubstantialia, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis (iuxta quod sacræ definiunt leges) nobis tradiderunt, etc.. Sanctus Ignatius beatissimi Apostoli Ioannis discipulus, cum per Asiam (vt scribit Eusebius libro 3. Ecclesiasticæ historiæ capite 36.) sub custodia nauigaret, singulas quasque digrediens ciuitates, Ecclesiæ populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, et obseruare se ab hæreticorum contagijs, qui tunc primùm copiosius cœperant pullulare, et vt diligentius ac tenacius, Apostolorum traditionibus in hærent, quas traditiones cautelæ gratia, et ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se asserit reliquisse. Sed dolendum et deplorandum est valde, quòd interciderint. Irenæus
vici-

DE V
vicinus ap
pote qui
lycarpum
li discipul
tertio adu
postquam
in Roman
inquit: Ha
ea quæ est
ditio, et v
nit vsq; ad
stenio, vn
esse, qu
lis, vsque
dita in ve
it semper
rat, quæ
sunt vera
Episcopus
Cæciliū, d
onē Chri
sine vino
xta Chri
matq; et h
dñm et D
et autorē,

vicinus apostolorum temporibus (vt-
pote qui fortissimum martyrem Po-
lycarpum sanctissimi Ioannis Apосто-
li discipulum audiuit et vidit) libro
tertio aduersus hæreses capite tertio,
postquam Episcoporum successione
in Romana Ecclesia enumerasset, ita
inquit: Hac ordinatiõe et successione,
ea quæ est ab Apostolis, in Ecclesia tra-
ditio, et veritatis præconatio, perue-
nit vsq; ad nos. Et est plenissima hæc o-
stensio, vnam et eandẽ viuificatricẽ fidẽ
esse, quæ in Ecclesia ab Apосто-
lis, vsque nunc sit conseruata, et tra-
dita in veritate. Et Polycarpus docu-
it semper, quæ ab apostolis didice-
rat, quæ et Ecclesiæ tradidit, et sola
sunt vera, etc. S. Cyprianus martyr et
Episcopus celeberrimus, li. 2. epist. 3. ad
Cæciliũ, docet calicẽ q̄ in cõmemorati-
onẽ Christi offertur, nec rectè cū aqua
sine vino offerri, nec vinũ absq; aqua iu-
xta Chri traditionẽ offerri posse, affir-
matq; et hoc per traditionem, Christum
dñm et Deum huius sacrificij doctore
et autorẽ, hoc ipsũ fecisse et docuisse. Et

IOAN. SLOT. GEF.

in ferm. de ablutione pedū disertis verbis dicit, non minus ratum esse quod dicitur a stante spiritu sancto apostoli tradiderunt, quàm quod ipse (videlicet Christus) tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit. Origenes homi. 29. in Matthæū de hæreticis loquens: Quoties, inquit, canonicas proferunt scripturas, quibus omnis Christianus consentit & credit, videntur dicere: Ecce in domibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Et in præfatione in lib. periar. dicit: Illa sola credenda est veritas, quæ in nullo, ab Ecclesiastica discordat traditione. Athanasius in lib. de incar. verbi Dei: Qui quæ ultra vires, inquit, sunt, indagat, in præcipiti consistit. Qui verò Traditionibus inhæret, extra periculum versatur. Hieronymus aduersus Luciferianos scribit, multa quæ per traditionem in Ecclesijs obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis vsurpasse. Epi-

DE V
Epiphan
tet, inq
omnia à
Quapro
in Tradi
runt, qu
lus: Sicut
ceo, & si
tinetis, n
tius Liri
sus prop
plici mo
uinæ sci
de Eccle
quibus c
patres tr
buerint.
quicquid
reuelatu
Deo, ad
quæ ape
nentur l
firmant
Deo reu
pturis ex

DE VERBI DEI VIRTVT. 213

Epiphanius aduersus hæresim 61. Oportet, inquit, & Traditione vti. Non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in Traditione, sancti apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit S. Apostolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs. Et: Si continetis, nisi frustra credidistis. Vincentius Lirinensis in aureo suo libro aduersus prophan. voc. no. docet fidem duplici modo esse inueniendam. Primo diuinæ scilicet legis autoritate, tum deinde Ecclesiæ catholicæ Traditione. Ex quibus omnibus constat, quantum hi patres traditionibus Ecclesiasticis tribuerint. Quum itaque verbum Dei sit quicquid ad Ecclesiæ vtilitatem à Deo reuelatum est, & quàm plurima sint à Deo, ad Ecclesiæ vtilitatem reuelata, quæ apertis verbis in sacris haud continentur literis, constat errare eos, qui affirmant solum esse verbum Dei, quod à Deo reuelatum duntaxat canonicis scripturis exertis verbis demandatum est.

IOANN. SLOT. GEF
CAPVT VIII.

Volunta-
tis suæ ar-
canū, nul-
lo vnquā
tempore
Deus mor-
talibus in-
finuare
destitit,

Matt. 20

Porro per verbum suum, Deus sanctissimæ voluntatis suæ arcanum, miseris mortalibus aperire dignatus est. Quod vt quam commodissimè faceret, ad id muneris nullo vnquam tempore, tremēde suæ maiestatis legatos, destinare omisit, qui ea quæ Ecclesiæ suæ ad salutem necessaria essent, exponerēt. Huic rei ipsa veritas in Euangelio eiusmodi parabola testimonium perhibet dicens: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem abiit circa sextam et nonam horam, et fecit similiter. Circa vndecimam verò exijt, et inuenit alios stantes, et dicit eis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis:

DE
illis: Ite
paterfan-
omnis cre-
tudo eiu-
sam, scilicet
iusto, vsc
in fine m-
ctos prot-
vt sanctu-
go pater-
neam sua-
nona & v-
cit, quia d-
aderudi-
dicatores
ne eteni-
ad Noe.
ad Abrah-
ham vsq-
Moyse
Vndecim
que ad fi-
sancti A-
dā ergo
excolēd-
destitit

DE VERBI DEI VIRT. 214

illis: Ite et vos in vineam meam. Iste paterfamilias, Deus pater est, cui seruit omnis creatura, cuius est terra et plenitudo eius, qui habet vineam vniuersam, scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto, vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit, vt sanctus Gregorius exponit. Hic ergo paterfamilias ad excolendam vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona & vndecima, operarios conduxit, quia à mundi initio vsque ad finem, ad erudiendam plebem fidelium, prædicatores congregare non destitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vsque ad Noe. Hora verò tertia, à Noe vsque ad Abraham. Sexta quoque, ad Abraham vsque ad Moysen. Nona autem, à Moysen vsque ad aduentum domini. Vndecima verò, ab aduentu domini, vsque ad finem mundi, in qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt. Ad erudiendam ergo dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere, quia & prius

c 4 per

IOAN SLOT GEF.

per patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremum verò per apostolos, dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ suæ cultura laboravit. Hæc ille.

CAPVT IX.

Ephe 4
Apostolorum
successores in
cultura vineæ
domini qui sint

Porrò apostolis successerunt pastores & doctores, de quibus Paulus ait: Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Quibus planè verbis sanctus Apostolus hos pastores & doctores ac cæteros dicit esse institutos in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, id est, vt fidelibus

DE
libus ver
clesiã Ch
Cum aut
omnes in
filij Dei, i
ram ætati
instituta
lorum ter
ad finem
nempe do
Cæterum
ti, quem p
ens? Vt ia
fluctuant
to doctrin
cur pasto
nistri dat
nem mun
cut parum
mur omni
per eoru
tineantu
tur effica
ti studio
electæ E
non tem

libus verba salutis administrent, & ecclesiã Christi, verbo spiritus ædificent. Cum autem dicit: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, docet institutum istud, non solùm ad apostolorum tempora spectare, verùm etiam ad finem vsque seculi perduraturum, nempe donec occurramus omnes, &c. Cæterùm quis scopus est huius instituti, quem prospexit Christus hæc instituens? Vt iam non simus (inquit) paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ &c. Hæc etenim causa est, cur pastores & doctores, cæteri que ministri dati sint Ecclesiæ, & vsque in finem mundi dabuntur, ne fideles sint sicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, sed potius per eorum prædicationem, & in fide cõtineantur stabiles, & in opere inueniantur efficaces. Vides ergo quàm vigilantissimo studio, & quàm paterna sollicitudine, electæ Ecclesiæ suæ erudiendæ, nullo non tempore, doctores quasi operarios

IOANN. SLOT. GEF.
vineę suę, destinãdo intendit, & quod
hactenus fecit, id ipsum facturus sit vs-
que ad finem mundi.

CAPVT X.

**Ecclesia
nunquam
est à Deo
derelicta.**

Ioan. 24.

Ioan. 25.

CAcutiunt proinde quasi in meri-
diana luce, qui blasphemantes di-
cere audent, per multa retroacti tem-
poris secula, Ecclesiam à Deo in erro-
ribus fuisse derelictam, donec tandē he-
resiarcha nostri temporis, cum suis de-
testandis asseclis, in mediū profilisset.
Quod quàm sit ridiculum, quàmq; va-
num, tædet ostendere, nisi essent quos
nō puderet hoc credere atq; asserere. Si
quidem Ecclesia regitur magisterio spi-
ritus sancti, qui non finit eã errare, sed
in rebus dubijs et ambiguis crudat eã.
Paracletus spiritus sanctus (inquit Chri-
stus ipsa veritas) quem pater mittet in
nomine meo, ille vos docebit oĩa, et sug-
geret vobis oĩa quæcũq; dixero vobis.
& iterũ: Cũ venerit paracletus, quẽ ego
mittã vob. à patre, spiritũ veritatis qui
à patre procedit, ille testimoniũ perhi-
bebit de me. Et cum venerit ille spiri-
tus

DE V
tus verita
tatem. E
paracletu
biscum i
quem mu
dicis: Ista
is loquut
presentes
temur qu
postolis C
se loquut
lis solis c
rũ etia
tamen in
raliter ist
nihilomi
exhibuit
vsque ad
dem tun
dum fue
pistola a
manifest
poribus
Non solu
qui tũ pr
nes Chr

tus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et: Ego rogabo patrem, et alium *Joan. 16*

paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis

quem mundus nõ potest accipere. Sed

dicis: Ista verba Christus Apostolis suis loquutus est et pollicitus, qui tum

præsentes erant, nihil ergo ad nos. Fate

temur quidem Christum ista verba Apostolis (qui tum præsentes erant) esse

loquutum et pollicitum, sed non illis solis qui tum præsentes aderant, verum

etiam alijs absentibus, credituris tamen in Christum, quibus etsi corporaliter ista verba non fuerit loquutus,

nihilominus tamen promissionem hæc exhibuit, et exhibebit post futuris usque ad finem sæculi. Paulus siquidem tunc non aderat, quippe qui nõ dum fuerat conuersus, et tamen is in epistola ad Timotheum dicit: Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide etc. *1. Tim 4.*

Non solùm itaque propter Apostolos, qui tunc præsentes erant, sed propter omnes Christianos, quotquot essent futuri,

Obiectio

Solutio

Non solis apostolis promisit Christus magisterium spiritus sancti.

quod
t v-

meri
es di
tem-
erro-
de hē
is de-
iffet.
q; va-
quos
ere. Si
io spi-
e, sed
lit eā.
Chri-
tet in
et sug-
obis.
ē ego
is qui
berhi-
spiri-
tus

IOANN. SLOT. GEF.

1. Tim. 3

turi, quamdiu militat hic in terris Ecclesia, pollicitationes has à Christo fuisse factas perspicuum est. Docet ergo spiritus iste veritatis, qui manet nobiscum in æternum, Ecclesiam in cunctis, quæ ad fidei necessitatem attinent. Quo fit, ut propter perpetuam huius spiritus præsentiam, Ecclesia apud Paulum, columna dicatur & firmamentum veritatis, nimirum quòd hoc spiritu veritatis tam solidè fulciatur, ut nequeat errare in his quæ ad dogmatum veritatem spectant. Non ergo potuit promissio domini, tanta per ætatum interualla differri, nec spiritus ille veritatis, quem mundus impiorum non potest accipere, ita septiformem illam donorum suorum continuit largitatem, ut tot Ecclesie generationes, sapientia & intellectu, consilio & fortitudine, scientia & pietate, atque ipso Dei timore fraudaret, donec prodigiosus turpium mendaciorum, & falsorum dogmatum signifer nasceretur, cui nec hoc quidem tribui potest, quòd per exiguam diuinæ inspirationis acceperit portionem, quoniam & hic de illa mundi extitit parte, quæ non

DE
non potest
Repletus
restitit Ch
veritatis s
aliqua ex
stum
pe

DE V
tute,

LIB



isse annu
Ecclesia I

DE VERBI DEI VIRT. 217

non potest spiritum veritatis accipere. Repletus enim spiritu diaboli, spiritui restitit Christi. Nulli ergo suadeatur, quod veritatis subuersorum, spiritus sanctus aliqua ex parte dignatus sit. Nihil ad istum prorsus, de illa virtute

peruenit, quam Ecclesie suae Christus promisit & misit.

DE VERBI DEI VIRTUTE, & Ecclesie insuperabili potentia.

LIBER SECVNDVS.

Caput primum.



Posteaquam praecedenti libro ostendimus, verbu Dei a Deo reuelatum, & per Dei ministros sufficienter semper Ecclesie fuisse annunciatum, iam demum de ipsa Ecclesia Dei (quae verbum Dei sibi praedicatum

IOAN. SLOT. GEF.

Verbi Dei
virtus quā
ta sit.
Matt 10.

Verbum
Dei gladii
us est bis
acutus.

dicatum retinet, & quæ spiritus sancti
magisterium, rectè et intelligit & inter
pretatur) differendum erit quomodo
vnà cum verbo suo, sit inuicta atq; in-
superabilis potentię. Porro diuini ver-
bi virtutem saluator noster in Euange-
lio satis expressit, quando ait: Nolite ar-
bitrari, quia venerim pacem mittere in
terram. Non veni pacem mittere sed gla-
dium. Veni enim separare hominem ad-
uersus patrē suū, & filiam aduersus ma-
trem suam, et nurum aduersus socrum
suam. Misit enim dñs separationis gla-
dium inter illos, id est, verbum verita-
tis. Iste est gladius bis acutus, ex vna q-
dē parte bonos ab errore præciciens ex
altera autem parte malos ab excusatio-
ne, vt nec bonos ignorantia perdat, nec
malos excuset, vt et boni cognita veri-
tate, cum secuti fuerint veritatem, cum
iudicio et iusticia saluentur, et mali cū
veritate cognita, secesserint à veritate
cum iudicio et iustitia puniantur. Hoc
gladio dominus separauit bonum à ma-
lo, vt et bonum separatum à malo sur-
gat, et malum separatum à bono cadat.
Omi-

DE

Omira vi
solūm co
stere non
taria iung
ta naturæ
los separa
sunt & nat
quos carn
culis allig
est, quoni
deles sunt
Huius qu
verbi De
bræos exp
mo Dei &
ni gladio
ad diuifio
pagū quo
cogitatio
hac verbi
am loqui
mea sunt
quasi ma
iam quoc
progressi
scendit in

DE VERBI DEI VIRT. 218

Omira virtus gladij separantis, cui nō
 solūm coniunctio extraneorum resi-
 stere non potest, quos amicitia volun-
 taria iungit, sed nec ipsa dilectio violē-
 ta naturæ carnalis. Et ideo non solūm il-
 los separat, qui dilectione coniuncti
 sunt & natura disiuncti, sed etiam illos,
 quos carnalis necessitas, dulcibus vin-
 culis alligavit. Hoc autem obseruandū
 est, quoniam quos separat Christus, fi-
 deles sunt, à quibus separat, infideles.
 Huius quoque virtutem gladij, id est,
 verbi Dei, Apost. Paul. in Epist. ad He-
 bræos expressit, dicens: *Viuus est fer-*
mo Dei & efficax, & penetrabilior om-
ni gladio ancipiti, & pertingens vsque
ad diuisionem animæ ac spiritus, com-
pagū quoq; ac medullarū, & discretor
cogitationū & intentionū cordis. De
hac verbi Dei virtute dñs per Hieremi-
am loquitur, dicens: Nunquid non verba
mea sunt quasi ignis, dicit dominus, &
quasi malleus conterens petrā? Per Esa-
iam quoq; efficaciam eius ac velocem
progressum aperuit, dicens: Quō de-
scendit imber & nix de acelo, & illuc
 ultra

Heb. 4.

Hier 23

Esai 55

IOANN. SLOT. GEF.

ultra non reuertitur, sed inebriat terrā
& infundit eam, & germinare eam facit,
& dat semen ferenti, & panem comedē-
ti, sic erit verbum meum quod egredie-
tur de ore meo. Non reuertetur ad me
vacuum, sed faciet quæcunque volui,
& prosperabitur in his ad quæ misi il-
lud. Vnde Psalmista: Qui emittit, in-
quit, eloquium suum terræ, velociter
currit sermo eius. Tanta enim vis est
verbi diuini, vt illud nulla humana aut
diabolica potentia aduersus propositū
Dei impedire possit, quin prosperetur
in his ad quæ mittitur à Deo. Cælum,
inquit Christus, & terra transibunt, ver-
ba autē mea non transibūt. Vnde Chry-
sostomus: Ad eò, inquit, impossibile est
vt intercidat vel vnum verborū quod
ab eo dictum, imò citius peribit cælū
& terra, quàm aliquod verbum in pro-
phetia falsò dictum coargui possit. Pro-
pter quod & ipse, antequam res fieret,
hoc ipsum declarans de dictis suis ita
manifestè affirmavit: Cælum & terra,
&c. Et meritò, nā licet verba sint, sunt
tamen verba Dei, & per quæ res condū-
tur,

Psal 147.

Luc. 21.
In libro
q̄ Chri-
stus sit De-
us.

DE V
tur, sic co
multitud
states. Qu
pheta, dic
dauit, & c
atura, tam
nos, tam s
corporea,
cians.

ET v
verb
to, & bene
les fuerin
tiones &
intulerun
fessoribus
bus sancti
profecerin
dire potue
ne sua, ma
Cum enim
ti qui insi
ni & popu
vt exting
per insidi

tur, sic cœlum fecit, & sic angelorum multitudines, sic alias inuisibiles potestates. Quod manifestum faciens Propheta, dicebat: Dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. De omni simul creatura, tam quæ supra, quàm quæ infra nos, tam sensibili, quàm intellectuali, tã corporea, quàm incorporea, ea pronuncians.

CAPVT II.

ET vt discas ineffabilem potentiã verbi Dei, ad memoriam reuocato, & bene tecum expende, quot & quales fuerint, qui olim molestias, tribulationes & persecutiones grauissimas intulerunt huius verbi sacratissimi cõfessoribus pijs, baiulis & prædicatoribus sanctis, & quomodo nihil penitus profecerint, imò non solum non impedire potuerint, verùm etiam infestatione sua, magis verbi gloriam illustrarunt. Cum enim tales, qui persecuti sũt, tantique insidiati fuerunt, & reges & tyranni & populi seditiosi, & omnia fecerint, vt extinguerent scintillam verbi Dei, vt extinguerent, & per eos qui vetare per insidiatores, & per eos qui vetare

f volebant,

Verbum
Dei perse-
cutione ty-
rannorum
factum est
illustrius.

IOANN. SLOT. GEF.

volebant, denique per immanitatē tor-
 mentorum, quibus verbi professores
 & præcones compescere contendebāt,
 tanta tamen pietatis flamma erupit, ita
 nitor ac splendor verbi Dei emicuit,
 vt totum orbem & habitatum & inha-
 bitatum, breui temporis spatio inuase-
 rit, Indos penetrans, Scythas illuminās,
 Aethiopes purificans. Et quod admira-
 bile ac stupore plenum est, ipsa effera
 barbarorum corda demulfit & placida
 fecit pietatis sermo, didiceruntq; philo-
 sophari, & abiecta pristina consuetudi-
 ne, ad pietatem translati sunt. Et, vt ma-
 gis admireris, non hoc factū est per po-
 tentes aut sapientes huius mundi, sed
 per pisces illiteratos & idiotas, qui
 prius quidem os aperire non audebāt,
 sed quum essent confirmati virtute ex
 alto, per verbū Dei orbem vniuersum
 ad Christum conuerterunt. Nam quod
 illiterati isti & idiotæ & pisces, phi-
 losophorum obturauerunt ora, & trans-
 currerunt orbem quasi allati seminan-
 tes veritatis sermonem, & neque quod
 pauci essent, neq; quod priuati & illite-
 rati

DE VE
 rati, neque
 cerent, ne
 humanum
 staculo eis
 tia Christi
 stacula, m
 tem. Tot
 uinæ grat
 xit illoru
 ab hoc ip
 intelliger
 lis sit Chr
 xit, & no
 impleuit.
 (inquit) g
 homo sem
 nimum q
 bus. Cum
 nibus ole
 cres cœli
 eius. Iter
 fermento
 scondit i
 fermenta
 rabilis of
 gelij virt

DE VERBI DEI VIRTUTE. 220

rati, neque quòd austerà & insolita docerent, neq; quòd veteri consuetudine humanum genus præuentum esset, obstaculo eis esse non potuit, præuia gratia Christi factum est, ita vt per ipsa obstacula, maiorem acciperent alacritatem. Totum ergo tribuendum est diuinæ gratiæ, quæ confirmavit & instruxit illorum alacritatem. Vnde meritò ab hoc ipsarum rerum euentu, facile intelligere possumus, quàm ineffabilis sit Christi virtus, qui & ista prædixit, & non aliter quàm prædixerat, adimpleuit. Simile est regnum cælorum (inquit) grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Iterum simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Quibus duabus parabolis ostendere voluit, magnam evangelij virtutem, quæ omnino totum orbem

Matt. 13
Euange-
lij magna
est vis.

**Prædica-
tionis vir-
tus.**

IOANN. SLOT. GEF.

terrarum erat superatura. Sicut enim gra-
num sinapis extenditur atq; propaga-
tur, & sicut fermentum superat, sic mag-
na est prædicationis virtus quæ per vni-
uersum orbem omnino coruscatura e-
rat vt Chryf. exponit. Imbecilliores enim
cæteris oïbus, atq; minores erant Apo-
stoli, verum quia in ipsis magna erat vir-
tus, fama eorum vbiq; terrarum claru-
it. Quod virtute Christi factum est, qui
huic fermento, tantam virtutem impo-
suit, & multitudini hominum ita credentes
immiscuit, vt infideles fidei credentium
adhærent. Et quemadmodum fauilla
cum in arida ligna inciderit, in flammâ
ipsa conuertit, quæ vi sua deinde vel
viridia ligna facile incendit, eodẽ quo-
que modo prædicationis.

CAPVT III.

Sanctus Chrysofostomus plerumque
multa scribit de hac re, maximè au-
tem in eo libro, quem aduersus gentes
conscripsit. Quod Christus sit Deus.
Ne transcurras obiter, inquit, sed confi-
dera & tecum cogita, quid sit in tam bre-
ui tempore, omnem sub sole terram, tam
tis

DE VI
tis Ecclesi
dem trans
patrias leg
bilitam &
templa, &
phana fest
cut fumur
tent altari
ne Roman
Maurorum
nostrum.
tra hoc r
Oceano s
runt (sunt
clesiæ, & e
verbi, quo
mnum an
bijs planta
stus prædi
cabo Eccl
non præu
omnis (vt
purgata, fa
eratis susc
lenter ma
si nemo in

tis Ecclesijs impleri, tantas gentes ad fi-
 dem transferri, populos persuaderi, vt
 patrias leges irritent, consuetudinē sta-
 bilitam & radicatum reuellant, altaria &
 templa, & statuas, & sacrificia, & pro-
 phana festa, & immundum odorem, si-
 cut fumum aliquem aboleant, & exci-
 tent altaria vbique gentium, in regio-
 ne Romanorum, Persarum, Schitarum,
 Maurorum, Indorum, & vltra orbem
 nostrum. Nam Britannicæ insulæ, ex-
 tra hoc mare sitæ, & quæ in ipso
 Oceano sunt, virtutem verbi sence-
 runt (sunt enim etiam illic fundatæ ec-
 clesiæ, & erecta altaria) illius (inquam) Verbi Dei
 verbi, quod tunc dictum, & quod in o- suscipien-
 mnium animabus, inquam omnium la- di quanta
 bijs plantatum, nimirum quod Chri- fuerit dif-
 stus prædixit: Super hanc petram ædifi ficultas
 cabo Ecclesiam meam, & portæ inferi Matt. 16
 non præualebunt aduersus eam. Vt &
 omnis (vt dicitur) terra spinis plena, re-
 purgata, factusq; purus ager, semina pi-
 etatis suscepit. Magna res foret, & excel-
 lenter magnæ diuinæque virtutis, etiã
 si nemo interturbaret, essetq; pax sum-
 f 3 ma,

IOAN. SLOT. GEF.

ma, & multis simul adnitentibus, & reluctante nullo, posse intra tam breue tēpus totum orbem à consuetudine sua mala, qua præoccupatus fuit liberari, & ad aliam induci. Verùm hoc multo maius, quòd non solùm in aliam inducitur, sed in multo difficiliorem.

CAPVT IIII.

Non solùm enim diuersa consuetudo erat, sed & voluptate firmata. Duo violenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis, & proauis, alijsque superioribus progenitoribus, philosophis & rhetoribus, ea respuere docebatur, quòd sanè difficillimū erat. At difficilius, nouā accipe consuetudinē, quæ nuper irrepererat, illamque valde laboriosam. Abduxit enim Christus à voluptate, et induxit ad ieiunium abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis, abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam, abduxit ab ira, induxit ad mansuetudinem, abduxit ab inuidia & induxit ad benignitatem, abduxit à via lata & spatiosa, et induxit in angustā &

DE V.
& arctam e
suetos via
mines extr
viuentes a
in talibus v
molliores
arctam via
ram ambu
autem per
vel vigint
fermè sub
quos perfu
ratos, priu
pauperes,
corporis,
progenito
eminentia
nes, per ba
lis et aud
planè et p
guis eoru
erant Heb
ce ædifica
bus vsque

& arctam et præruptam, et induxit af-
 suos viæ latæ. Neque enim alios ho-
 mines extra mûdi huius consuetudinẽ
 viuentes assumpsit, sed illos ipsos qui
 in talibus vitijs computruerant, & luto
 molliores erant, iussit vt angustam &
 arctam viam, asperamq̃ue illam & du-
 ram ambularent. Et persuasit eis. Quot
 autem persuasit? Non duobus, vel decẽ,
 vel viginti, vel centum, sed omnibus
 fermè sub sole habitantibus. Et per
 quos persuasit? Per viros vñdecimillite-
 ratos, priuatos, ineloquentes, obscuros,
 pauperes, patria, facultatibus, robore
 corporis, præcellentia glorię, dignitate
 progenitorum, vehementia rherorices,
 eminentia scientię carentes, per pellio-
 nes, per barbaros. Neq; enim eadem il-
 lis et auditoribus vox, sed extraneum
 planè et peregrinum sermonem à lin-
 guis eorum, quibus prædicabant fortiti
 erant Hebraicum dico. Atque per hos
 ce ædificauit Ecclesiam hanc, quæ à fini-
 bus vsque ad fines extenta est.

IOANN. SLOT. GEF.
CAPVT V.

Neq; hoc solùm mirabile, quòd priuati & pauperes illi & parui & ignobiles & illiterati & viles & exotici sermonis & cõtemptibiles, totius orbis correctionem attentarunt, sed & q̄ ad lógè difficiliora opera, ipsum ducere iussi, nõ hoc in pace fecerunt, sed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaq; gente & ciuitate, & quid dico gente & ciuitate? in singulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hac doctrina, & puerum sepe à patre diuisit, & nuptam à focru: & fratrem à fratre et seruum à domino et subditum à principe & virum à muliere et patrè à pueris (neq; em̄ simul omnes crediderunt) ad hæc quotidianas inimicitias, continua bella, multasq; ipsis mortes attulit. Et fecit vt Apostolos quasi communes hostes & inimicos pleriq; auersaretur abigerentq; eos à se omnes, reges, príces, priuati, liberi, serui, populi, vrbes, & nõ solùm ipsos, sed et (quod grauius) nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebantur. Eodem enim bello premebantur,
& dif-

DE VI
& discipul
doctrina p
dini & pat
doquidem
stinendum
ria, quæ pa
coluerant,
ceptis, ride
da sacrifici
lia & form
bus & anin
vt intelligi
tur, & cred
crucifixum
dis, conspu
eum qui n
qui sepult
ad passion
nifesta era
lapæ, sputa
nes in eum
partim be
ctio non in
cipulis app
cendo per
dificaueru

& discipuli & magistri. Videbatur em̄ doctrina præceptis regijs & consuetudini & patrijs moribus aduersari, quandoquidem adhortabantur ab idolis abstinendum esse, despectui habenda altaria, quæ patres progenitoresq; ipsorum coluerant, desistendū à prophanis præceptis, ridendas solennitates, respuenda sacrificia, quæ illis maximè horribilia & formidabilia videbantur, pro quibus & animas exposuissent potius, quàm vt intelligerent ea, quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & crucifixum & ductum ad tribunal præsidis, consputum, & infinita alia passum, eum qui mortem maledictā sustinuit, qui sepultus, quiq; resurrexit. Et quæ ad passionem pertinebāt, omnibus manifesta erant, vtpote flagella, colaphi, alape, sputa, crux, irrisio, pbra, quæ omnes in eum iactabant, & sepultura, quæ partim beneficij loco erat, at resurrectionis non item. Nam resurgens solis discipulis apparuit. Veruntamen & eam dicendo persuaferunt, sicq; ecclesiā ædificauerunt. Quo pacto & qua ratione?

IOANN. SLOT. GEF.

Ecclesiam Virtute eius qui iussit, ille enim præui-
qua ratio- us omnia faciebat, reddens etiam faci-
ne ædifica- lia, quæ dura. Nisi enim diuina quæ-
uerinc a- dam virtus effecisset, nequaquam hæc
postoi, vel principium vel præludium accepif-
 sent. Quo enim modo ille dixit: Fiat
Gen 1. cœlum, & monstrauit opus, fundatur
 terra, & illius substantia producta est,
 fulgeat sol, & indicauit astrum, omni-
 aque verbo operatus est, eodem mo-
 do idem & Ecclesias illas plantauit. Et
 verbum hoc, Aedificabo ecclesiam me-
 am, hæc omnia operatum est. Illa verba
 Dei condiderunt opera tam admirabi-
 bilia, & quæ nemo expectasset. Nam si-
 cut cum dixit: Germinet terra herbam
 fœni, & omnia mox hortus erant, & om-
 nia pratum, terraq; mandatum suscipi-
 ens, infinitis ornabatur plantis. Sic &
 nunc vbi dixit, Aedificabo ecclesiam
 meam, facta acceleratione facta est, etiã
 contra illam tyrannis se armantibus, &
 militibus arma mouentibus, & populis
 plus valido igne insanientibus, & oblu-
 ctante consuetudine, etiã oratoribus &
 sophistis, & diuitibus & principibus
 insur-

DE
 insurgen-
 validus ac
 agros rep
 prædicati
 C
E T lic
 ceri
 sent, amitt
 tur, trader
 aqua, & or
 nerent cu
 cutionem
 plures tan
 solum nib
 facti segn
 & ad pulc
 sicque à p
 coacti, no
 rentes, gr
 tibus. E
 rentes fan
 tiores ta
 fidentior
 sed & ma
 tis, aliaqu
 plures fie

insurgentibus, sermo Dei velut ignis
validus adueniens, spinas consumpsit,
agros repurgauit, seminauit verbum
prædicationis.

CAPVT VI.

ET licet hi qui crediderunt in car-
ceribus seruarentur, despectui es-
sent, amitterent substantias, occideren-
tur, traderentur igni, submergerentur
aqua, & omne tormentorū genus susti-
nerent cum summa ignominia, & perse-
cutionem paterentur vt hostes publici,
plures tamen semper accrescebant, non
solum nihil ex afflictionibus aliorum
facti segniores, sed & multo alacriores,
& ad pulchrā hāc piscationē assiliebat,
sicque à piscatoribus capiebantur, non
coacti, non vim passi, sed sponte accur-
rentes, gratiamque habentes adducen-
tibus. Et quamuis viderent fluere tor-
rentes sanguinis credentium, feruen-
tiores tamen reddebantur in fide &
fidentiores. Et non discipulis solum,
sed & magistris vinctis, fugatis flagella-
tis, aliaque mille malis passis, discipuli
plures fiebant, & magis studiosi. Qua-
re Pau-

*Persecuti-
onibus nō
sunt facti
segniores
Christiani
sed creue-
runt ma-
gis.*

Philip. 1.

re Pau-

IOANN. SLO. GEF.

1, The. 2

Heb. 10

re Paulus clamat, dicens: Ut plures è fra-
tribus in domino confidentes, in vincu-
lis meis abundantius auderent, sine ti-
more verbum Dei loqui. Et alibi iterum:
Vos imitatores facti estis Ecclesiarum,
quæ sunt in Iudæa, quia eadem passi es-
tis & vos à contribulibus vestris, sicut
& ipsi à Iudæis, qui & dum occiderunt
Iesum, & prophetas, & nos persecuti
sunt, & Deo non placent, & omnibus
hominibus aduersantur, prohibentes
nos loqui gentibus, vt saluæ fiant. Alijs
quoque scribens, sic dicit: Rememora-
mini autem pristinos dies, in quibus il-
luminati, magnum certamen sustinui-
stis passionum. Et in altero quidem op-
probrijs & tribulationibus spectaculū
facti, in altero autem socij taliter con-
uersantium. Nam & vinctis compassi es-
tis, & rapinam bonorum vestrorum cū
gaudio suscepistis, cognoscentes vos ha-
bere meliorem & manentem substanti-
am. Vides virtutis excellentiā, q̄ tanta
operata est? Nā qui tanta patiebātur, nō
solum non ægrè ferebant vel deficie-
bant, sed & gaudebant, gestiebant, ex-
ulta-

DE V

ultabāt. Et
quòd pub
luptate acc
quòd iuer
dentes, vt
ne Iesu con
ait: Gaude
bis, & adim
num Chris
raris, quòd
rit, cum &
bat, sed et
leticie sue
ter lætant
Gaudeo &
idipsum au
tulamini m
to, quod tā
(ait) iam d
tionis insta

Sic igitur
Sedifica
lapidibus
& fugetur,

ultabāt. Et de discipulis quidem dicit, quòd publicationem substantiæ, cū voluptate acceperint, de magistris verò, quòd iuerint à conspectu concilij gaudentes, vtpote digni habiti pro nomine Iesu contumeliam pati. At de seipso ait: Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ defunt passionum Christi in carne mea. Et quid miraris, quòd in passionibus gauisus fuerit, cum & morturus non solum gaudebat, sed et discipulos ad communionem læticię suę vocabat, quod sanè excellenter lætantis animę erat? Sic enim ait: Gaudeo & congratulor omnibus vobis, id ipsum autem et vos gaudete et congratulamini mihi. Et quid factum est dicto, quod tãto gaudio impletur? Ego em̄ (ait) iam delibor & tempus meæ resolutionis instat.

Actor. 5

Philip. 2.

2. Tim. 4.

CAPVT VI.

Sic igitur edificabant, alioqui nullus
 Sedificare potest parietem vnū, quē
 lapidibus & calce extruit, si impediatur
 & fugetur, illi autem etiam Ecclesias in
 toto

toto

IOAN. SLOT. GEF.

toto orbe ubiq; extruxerunt, licet ligarentur, persecutione ferrent, fugarent, persecerentur eorum bona, flegellis caderentur, occiderentur, comburerentur, submergerentur una cum discipulis. Et edificabant non lapidibus, sed animabus & institutis, quod plane multo difficilius, quam lapidibus extruere. Non enim par est, construere sensibilem parietem, et anime tantis temporibus a demonibus irritate persuadere, ut ab infania illa desistat, et ad tantam perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, et calceis carentes, et una veste amicti, perque uniuersum orbem currentes. Habebant enim adiutricem et commilitantem inuictam virtutem eius, qui dixerat: Super petram hanc edificabo Ecclesiam meam, et portam inferi non preualebunt aduersus eam. Examina quid sibi hoc verbum vult, et videbis perspicuam eius veritatem. Nam non solum hoc mirum est, quod edificauit eam per totum mundum, sed quia inuictam fecit, et inuictam, licet tot bella insurgant. Hoc enim est, quod portam inferi non

Matt. 16.
Ecclesia
est inuicta

DE VE
non praua
la ait, qua
qua ad in
quot tyra
sus ipsam i
uissimas p
modo tote
uita erat f
neraque h
gnabant, T
pasianus &
vsque ad I
& omnes i
stabant E
omnes. C
mansueti,
feste in im
bellorum
tur, alij sa
am bella f
C
V Er
tio
arancoru
quibus no
diabantur

non præualebunt aduersus eam, pericula ait, quæ mortem generant, pericula quæ ad infernum deducunt. Numera quot tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerunt acies, quot grauissimas persecutiones mouerunt, quomodo toto priore tempore, quando nouitia erat fides, & nuper plantata, teneraque hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus & Titus, & post illum omnes usque ad Beati Constantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij sæuius infestabant Ecclesiam, infestabant tamen omnes. Quod si qui ipsorum visi sunt mansueti, hoc ipsum quod reges manifestè in impietate erant, materia aliqua bellorum erat, cum alij eis adularentur, alij satagerent, ut aduersus Ecclesiam bella susciperent.

CAPVT VIII.

Veruntamen insidiæ & machinationes illæ omnes, leuius quam araneorum telæ discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, puluere præ-

IOAN. SLOT. GEF.

Martyrū
encomia
præclara.

Ecclesia
persecutio
nibus au-
getur.

Hierony-
mus ad
Theophi-
lum, Chri-
sti funda-
ta est eccle-
sia, perse-
cutioni-
bus creuit,
martyris
coronata
est.

re præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum implerunt, immortalesque illos thesauros Ecclesiæ reliquerunt, & columnas & turres, & eos qui non solum viuentes, sed & mortui, posteris magnæ utilitatis materia facti sunt. Augetur enim (vt Lactantius ait) religio Dei, quanto magis premitur, et semper noster numerus, de deorum cultoribus creuit, nunquam verò, ne in ipsa quidem persecutione diminutus est. Etenim (vt iterum Chrysosto. ait) sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata, magis floret, & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neq; horti aq; irrigati ita germinant & fœcundi sunt, vt ecclesiæ, si martyrum irrigetur sanguine. Tyranni ergo ecclesiam infestarunt, et populi aduersus verbum Dei insurrexerunt, & neque eam expugnare potuerunt, quæ adhuc parua religionis scintilla erat, sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc ferebaturq; in sublime, et omnem vndique terram inuadebat. Cùm occiderentur, adurentur,

DE V
rentur, si
tur, bestij
nes sicut l
ctus, sicut
dium sicut
rebant, or
ra ita con
generose
ter & volu
Dei reges
rentur, vu
perent, tr
strigerent
rascerent
niq; totu
secus ac p
gia partu
men ferm
netras, vi
& magnan
bat ac con
tra fideles
commou
do vicit a
terminos
piofiusqu

rentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestijs obijcerentur fideles, carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus, sicut pratum intuebantur, ad gladium sicut ad diadema & coronam currebant, omniaque tormentorum genera ita contemnebant, ut ea non solum generose & fortiter ferrent, sed & alacriter & volupe. Et licet aduersus verbum Dei reges sequerentur, magistratus indignarentur, vulgus tumultuaretur, fora streperent, tribunalia concitarentur, gladij strigerentur, arma expedirentur, leges irascerentur, supplicia intentarentur denique totus commoueretur orbis, & haud secus ac pelagus furens, magna naufragia parturire videretur, nihilominus tamen sermo Dei, gladij more cuncta penetrans, vitiosas partes à sanis refecabat, & magnam ubique seditionem excitabat ac contentionem, & plurimas contra fideles inimicitias & persecutiones commouebat, per quas tamen miro modo vicit ac semper triumphauit, atque terminos suos extendit & dilatauit, copiosiusque prædicationis ignis accensus est.

IOANN. SLOT. GEF.

fus est. Quem quidem quo magis extinguerent nitebantur, sed e contrario magis inde crescebat. Et sicut de domino dixerunt, occidamus eum, ne tollant Romani nostrum locum atque gentem, acciditque contrarium, nam quia occiderunt eum, propterea Romani & gentem eorum & ciuitatem tulerunt, sic que putabantur impedimenta prædicationis, fortia efficiebatur auxilia, & quod aduersarij ad opprimendum intulere verbum, hoc illud ad ineffabilem quãdam altitudinem subleuauerunt, & in diuersum omnia vertebantur ac mutabantur repente, & sicut igne succenso, paulatim spinæ consumuntur & cedunt, flammisque superantur, ac mundi redduntur nouales, sic etiam verbo Dei insonante, & omni igne vehementius irruente, cedebant omnia, fugiebantque & demonum cultus, & celebritas omnis atque festiuitas, & mores patrij, & populorum furores, & tyrannorum minæ, & gentilijs insidiæ. Magis autem sicut radijs solis orientibus, & tenebræ fugantur, & ferre latitant, foueisque conduntur, & male agē-

DE
 le agentes
 periclitantur
 omniaque
 sic prædicatio
 batur erro
 le verò fun
 ctu fœda,
 consueuer
 pta sunt,
 untis, & pa
 cremantur
 hæc verbi
 dens, ab h
 eam niteba
 si libet Ch
 put decim
 put 24. ei

Scribit
 Histori
 que magn
 secutione
 mo Christ
 rit, & in qu
 rit, ita vt a

DE VERBI DEI VIRT. 228

lè agentes deprehensi à sole redarguti
periclitantes abeunt seseque occultât,
omniaque lucida efficiuntur & clara,
sic prædicatione verbi fulgente, fuga-
batur error, & veritas remanebat, fauil-
lè verò fumusq; templorum, & alia di-
ctu fœda, quæ in sacris suis celebrare
consueuerant, defecerunt atq; consum-
pta sunt, instar cere vapore ignis pere-
untis, & palearum vice, quæ subitò con-
cremantur incendio. Clara verò inter
hæc verbi Dei flamma surgebat resplē-
dens, ab his potissimum subleuata, qui
eam nitebantur opprimere. Vide quoq;
si libet Chrysostomum homil. 34. in ca-
put decimum Matt. & homi. 76. in ca-
put 24. eiusdem.

CAPVT IX.

Scribit Eusebius libro 8. Ecclesiast.
Historiæ, quam mirabiliter, quam-
que magnificè, ante sui temporis per-
secutionem, per vniuersum mundū ser-
mo Christi, & pietatis doctrina, pfece-
rit, & in quantum sublimitatis ascende-
rit, ita vt ad enarrandum, vires sibi de-
esse

g 2 esse

IOANN. SLO. GEF.

Lib. 8, c. 1. esse ingenuè confessus sit: Iam verò (inquit) multitudines coeuntium intra ecclesias populorum, & præcipuè in diebus festis innumerabiles cateruas per singula loca confluètes, quis dignè poterit explicare, cum ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita vt amplitudo earum concludere instar vrbiùm videretur. Sic per tempus plurimum Ecclesiarum status, incrementis prosperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens & cuncta supereminens, festinare videbatur ad cælum. Facta sunt hæc tempore Diocletia-

ni, priusquam in apertam Christianorū persecutionem prorumperet. Cui sese socium in crudelitate, erga diuini verbi prædicatores & cultores Maximianus exhibebat, vt nescires cui potissimum dare flagitiorum palmam deberes. Aduersum ergo Christianos, tantum crudelitatis exercuit, vt præcessores suos vincere festinaret in scelere. Igneas laminas, truces bestias, maris profundum, truncationes membrorum, effossiones

Diocletianus & Maximianus, Christianorū persecutores crudelissimi. lib. 8. Eccles hist c. 17.

DE V
fossiones
bris spec
bat. Cum
fortes inu
ingeniosu
Vinceban
à viris, sed
Dei & fid
quidem c
ri fortes
Mortem c
verò & vl
maculam

SED TAN
Snifican
tutis opus
propagati
stris in ob
lucis oster
prophetio
ne lachry
lachryma
suos verb
præcones

fosiones oculorum, & singulis membris specialia inferre supplicia gestiebat. Cum tamen magis illi constantes & fortes inueniantur tolerando, quàm iste ingeniosus & callidus in exquirendo. Vincebantur etenim sapius, nõ solùm à viris, sed etiam à fœminis quæ verbo Dei & fidei calore succensæ, vt fœminæ quidem comprehendebantur, sed vt viri fortes in certamine coronabantur. Mortem quippe promptius subire, imò verò & vltro expetere, quàm corporis maculam recipere malebant.

CAPVT IX.

Sed tandem dominus pergens magnificari in sanctis suis, & cœptę virtutis opus ac prædicati verbi, liberiorę propagationem instituens, iterum nostris in obscuro positis, splendorem suę lucis ostendit. Etenim quia secundum propheticum dictum, cibauerat eos pane lachrymarum, & potum dederat eis lachrymas in mensura, tandem seruos suos verbi sui sacrosancti custodes & præcones libertati restituit. Etenim cū

IOANN. SLO. GEF.

Constanti
ni pietas,

Lib. 9. Ec.
cle. hist.
cap. 10

religiosissimus imperator Constantinus, repudiatis erroribus, maiestatem dei singularis ac veri, cognouisset & honorasset, verbum Dei quod præcessores illius, pœnitus delere moliti sunt, absque vlllo propemodum obstaculo liberè prædicatum est. Nam! omninube deteresa, lætus iam dies, & omni sole clarior illuxerat terris, atque Ecclesijs Christi splendor sui solis effulserat, nec vsquam qui hoc aliter respiceret, liuidus supererat oculus. Sed cuncti mortales, tyrannicæ (quæ præterierat) crudelitatis, horrore, etiam si nondum fide, votis tamen quæ nostra sunt amplectentes, vniuersi pariter Deum verum, pijs esse auxilio fatebantur, firmâ que esse spem in Christo sperantium comprobabât. Ex quo aderat cunctis velut diuino munere infusa læticia, maxime videntibus ea loca quæ paulò antè, impijs tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuiua cõstructione, clario ra & excelsiora cõsurgere, templaq; excelsa, pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim Christianorum principum

DE V
cipum fa
lacres no
bat, dum
ferquetin
dotibus
ret, sed &
nius larg
nostris, f
omni læ
& loca fir
bus celeb
facerdot
fitos cou
debatur
bant etia
quam v
Christi.
gaudeb
ri figur
mento c
Quia co
ra ad iū
ritus in
vna ani
mnibus
Deus, a

cipum fauor, & religiosa legislatione, a Christianorum læ-
 lacres nostros animos, eo amplius anima- titra post
 bat, dum & ad personam Episcoporum perlecutio
 ferquetius scriberet, & honorem facer nena.
 dotibus cum summa veneratione defer-
 ret, sed & impendiorum sumptus benigni-
 us largirentur. Interea festiuitates à
 nostris, frequentissimè gerebantur, cū
 omni læticia & exultatione, per vrbes,
 & loca singula ecclesiarum dedicationi-
 bus celebratis. Cogregabantur in vnū
 sacerdotes, nec pigebat etiam longè po-
 sitos couenire, quia nullum longum vi-
 debatur spatium charitati. Concurre-
 bant etiam populi ad populos, & tan-
 quam verè membra vnus corporis
 Christi, iungi sibi inuicem sociariq;
 gaudebant, vt videretur in illis comple-
 ri figura prophetica, quæ cum sacra-
 mento quodam prædicata est, dicens:
 Quia congregabatur os ad os, & iunctu-
 ra ad iūcturam. Quibus etiam vnus spi-
 ritus inesse, omnibus infusus membris,
 vna anima meritò dicitur, quæ & vna o-
 mnibus fides & vnus ab oībus colitur
 Deus, atq; ex vno ore hymnos, oēs con-

IOAN. SLOT. GEF.

cinunt deo. Iam verò ingens in sacerdotijs & ministeriis, atq; in omnibus que ad religionis obseruantiam pertinent, gratia refulgebat. Astabant hic spallentium chori iuuenes & virgines, senes cū iunioribus laudabant nomen domini. Hic ministeria ordinatis ac dispositis vicibus agebantur, pontificum quoq; ac sacerdotum confessus, ipsa canitie venerabilis, eminens præfulgebat. Iam verò si quis per gratiam Dei inspiratus, sermonem proferret ad populum, cum omni silentio ora cunctorum in eum oculique conuersi tanquam cœlitus sibi per eum denunciari aliquid expectabant. Tanta auditorum reuerentia, tantus ordo in sacerdotibus seruabatur. Inde alius atq; alius, & non solum duo vel tres, sicut Apostolus dixit, cæteris examinantibus loquebatur, sed & quantiscunque dabatur sermo in apertione oris sui, vt magis constaret in eis illud quod Moyses dixerat: Quis dabit omnem Ecclesiam Dei prophetare? Nusquam enim liuor aderat, nullum pulsabat inuidia, Dei dona, Dei populis ministrantibus.

DE V
ministrab
quod scri
clesiæ ab
hæc in cha
nore inui
rum sese c
pliciores
piciebant
populos
& eruditi
pura vita
di Deo h
bat eis qu
tebatur o
tæ sim
seru
p

ministrabantur. Vnusquisque secundū
 quod scriptum est, ad ædificationem ec-
 clesiæ abundare querebat, & omnia
 hæc in charitate gerebantur, ita vt se ho-
 nore inuicem præuenirent, & alter alte-
 rum sese diceret meliorem. Nam sim-
 pliciores quique admirabantur & sus-
 piciebant eos, qui per sapientiam verbi
 populos instruebant. Sapientes verò
 & eruditi viri, præferebant eos, quibus
 pura vita ac sincera simplicitas, offerē-
 di Deo hostias, maiorem fiduciam da-
 bat eisque immolandi sacrificij permit-
 tebatur officium, quos familiarior vi-
 tæ simplicitas in cordis puritate

seruabat. Sic summo studio

perquirebat, alter in

altero quod præ-
 ferebat.

DE VERBI DEI VIRTUTE,
& Ecclesiæ insuperabili potentia.

LIBER TERTIVS.
CAPVT I.

Lib. 1. Trip
hist. c. 12.
& lib. 10
Eccle. hist.
cap. 1.



Diabolus
nudatus
paganorū
errore hæ
reticos ex
citauit ad
uersus Ec
clesiam.

Verbo Dei edificata Eccle
sia, elauabatur in immen
sum & crescebat, exten
dens terminos suos vsq;
ad fines orbis terrarum.
Porro licet ita p omnia floreret Eccle
sia, non tamen pertulit inimicus, eleua
tam simul atque splendentem valde re
spiciens, sed maleuola cœpit mouere
consilia, contendens gubernatam à do
mino & vniuersorum creatore submer
gere. Videbat itaque paganorum erro
re se fuisse nudatum, captaque varia dæ
monum machinamenta, & creaturam à
plurimis iam non adorari, sed creatori
hymnos iam decenter offerri. Ea gratia
iam non apertum contra Deum & salua
torem nostrum excitabat bellum, sed
viros inueniens Christianos quidem
se vo-

DE V
se vocab
noris & v
tutis org
buit, per
reduxit e
ram rur
sum crea
quatum
quum in
matis Eu
der esset
presbyte
quam vi
disque &
expositio
videbatu
autem A
bernacul
ris non p
pulsus, l
laudabil
nequaqu
ualebat.
non pro

se vocabulo profitentes, sed amore honoris & vanæ gloriæ seductos, ad seruitutis organum suæ machinationis habuit, per quos plurimos ad pristinum reduxit errorem, non quidem creaturam rursus adorari præcipiens, sed ipsum creatorem & mundi opificem, coequatum astruens creaturæ. Siquidem quum in Alexandria, fortissimus dogmatis Evangelici prædicator Alexander esset ordinatus Episcopus, Arrius presbyter, vir specie & forma magis, quam virtute religiosus, & gloriæ laudisquæ & nouitatis improbæ cupidus, expositionem sacrarum scripturarum videbatur habere commissam. Videns autem Alexandrum pontificatus gubernacula suscepisse, euentum temporis non portauit, sed & mordacitate cõpulsus, litis quærebat initium. Porrò laudabilem videns viri conuersatione, nequaquam calumnias contexere præualebat. Veruntamen quiescere illum non prohibebat inuidia.

Alexander Episcopus Alexandrinus.
Arrius,

Caput

IOANN. SLO T. GEF
CAPVT II.

Diabolus
per Arriū
excitauit
in ecclesia
tempesta-
tem,

HVnc igitur inueueniens inimicus
veritatis, per eum nisus est exci-
tare in Ecclesia tempestatem. Aposto-
licis enim Alexandri doctrinis, instab-
bat apertè resistere. Et ille quidem di-
uina sequens eloquia, æqui honoris cū
patre, & eandem substantiam habere
cum Deo genitore filium prædicabat.
Arrius autem ediuerso veritati repu-
gnans, creaturam filium facturamque
dicebat. Adijciens erat aliquando, quā-
do non erat, & alia quædā insana. Hæc
ergo non solū in Ecclesia persistebat
docens, sed etiam in extraneis conuen-
tibus atque concilijs, & domos circui-
ens, quibuscunq; poterat suadebat. Sed
cum Alexander Episcopus natura lenis
& quietus, assiduis commonitionibus
Arrium cuperet à prauo incepto & as-
sertionibus reuocare, nec tamen res ex
sententia procederet, quòd plerosque
iam contagio pestiferæ assertionis infe-
cerat, non solū apud Alexandriam, ve-
rū & per alias vrbes prouinciasq; dif-
fusa, perniciosum fore credens si dissi-
mularet,

DE
mularet,
mouit. A
uinam leg
scandalizat
ce abs te.

DE
dic
tos ad bla
ciliaque
rum præf
indicauit
cerdotib
stio latiu
aures rel
omni str
quæ nos
neque A
Scripsit e
Alterutr
tē se arm
bat malu
per hos
Consent
ius tom
traria fac

mularet, ex sacerdotali ordine eum remouit. Audierat enim clamantem dicitur *Matt. 17.* uinam legem: Si oculus tuus dexter scanalizat te, abscinde eum & projice abs te.

CAPVT III.

DEinde videns Arrium, amoris iudicarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, cōciliaque propria celebrare, Ecclesiarum p̄sulibus eius blasphemiam suis indicauit literis, & alijs pluribus confacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo usque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Sed neque Arrius quiescere passus est. Scripsit enim & ipse concordibus suis. Alterutris ergo scribebāt contra veritatem se armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad contentionis incendium per hos qui hæc scripta suscipiebant. Consentientes igitur Alexandro, in eius tomo conscribebant, alij verò contraria faciebant. Vnde omnia erant valde tur-

de tur-

IOAN. SLOT. GEF.

de turbata. Non enim solummodo ec-
clesiæ præfules ratiocinationibus inter
se certare videbantur, sed etiam popu-
lus diuisus erat. Alij namque istis, alij
verò consentiebant illis, & in tantum
causa venit incendium, vt in publico et
in ipsis theatris Christianitati derogar-
etur. Hi quidem in ipsa Alexandria po-
siti, tanquam iam victores, de superiori-
bus persecutionibus facti, potius ar-
mabantur, legationesque mittebant ad
prouinciales episcopos, hi verò in alterâ
diuisi partem, illorum simili seditioni
communicabant.

CAPVT III.

QUæ contentio quum ad Impera-
toris Constantini aulam perue-
nisset, non mediocriter ea audita lauda-
tissimus permotus est atque indoluit
princeps. Et graui in animo concepto
mœrore, propriam eam reputauit esse
calamitatem. Confestim ergo flammam
accensam extinguere, & quàm celerrimè
malorum fontem obturare studuit.
Verebatur enim quòd nuper admo-
dum religio vigere cœpisset, multos e-
iusmodi

Nicepho-
rus lib 8.
cap. 12.

DE V
eiusmodi
ductos, in
literis scri
obiurgan
tere poter
tulerint,
inclinatio
quæ nequ
animū ad
sent, silen
dissidere,
te non co
um quipp
putauit, v
sentiam u
Exquisite
quirere, f
si ambig
ctius eas i
in vmbra
cōtentio
tirent, co
se q̄ maxi
vrbes ori
co id flag
andriam,

eiusmodi opinionum dissensione ad-
 ductos, fidem auersaturos esse. Itaque
 literis scriptis & Arrium & Alexandrū
 obiurgant, vitio eis vertit, quod quæ la-
 tere poterit quæstionem in medium at-
 tulerint, & nimia & ad contendendum
 inclinatione, ea perperam vulgarint,
 quæ neque mouere, neque prorsus in
 animū admittere, aut certè si admisif-
 sent, silentio tegere, neque ita inter se
 dissidere, quamuis illis tum de dogma-
 te non conuenirent, debuissent. Omni-
 um quippe maximè necessariū vnū esse
 putauit, vt de diuina prouidentia con-
 sentiamus, & oēs eandē fidē seruemus.
 Exquisite verò de eiusmodi rebus in-
 quirere, secundarū esse partium. Quòd
 si ambiguar emergent sententiæ, re-
 ctius eas in recessibus mentis tanquam
 in ymbra, regi. Quapropter vt à talibus
 cōtentionis nugis alienissimī, idem sen-
 tirent, eos est cohortatus. Aegrè sibi es-
 se q̄ maximè restatus, homines tales &
 vrbes orientales, quamuis vsu publi-
 co id flagitante, ipsamque adeò Alex-
 andriam, tanto sibi eius dissidij impedi-
 mento

Constanti
 nus scrip-
 sit Alexan-
 dro & Ar-
 rio.

IOANN. SLOT. GEF.

mento obiecto, visere. Talia quædam
 obiurgatione & suasionem temperata, A-
 lexandro & Arrio, sapientissimus scrip-
 sit Imperator. Itaque consentientē sta-
 tum ecclesijs conciliare volens, inhibe-
 reque mali currentem impetum, prius-
 quam latius ad plures peruenisset, sedi-
 tionem ad concordiam redigere studu-
 it. Eius rei gratia, virum & vita et do-
 ctrina insigni præditum, qui quæ alijs
 in rebus præclarus esset, tum in tuenda fi-
 dei professione, paulò antea magnam si-
 bi gloriam comparasset, qui que in ma-
 xima apud Imperatorem veneratione
 & honore præcipuo esset nomine Ho-
 sium, ciuitatis Cordubæ in Hispania e-
 piscopum, ex omnibus familiaribus su-
 is dilectum, cū literis ad eos qui in A-
 gypto inter se dissidebant concilian-
 dos, & ad concordiam reducendos. Et
 Imperator quidem prudenter scripsit.
 Dissidium autem magis inualescat, res
 omnis præter spem in deterius vergebat,
 & contentio impotens reconciliationi
 locum non relinquebat. Neque enim
 tam pium Imperatoris studium, neque
 excel-

Hosius Epi-
 scopus.

DE

excellens
 fecit. Et ta-
 dintegrantur,
 tur, vt am-
 excitati. C
 Imperator
 ponendam

CVM
 Eccle-
 & malum
 neret Imp-
 in Bithyn-
 mulgat, &
 piscopos a-
 tat, public-
 cibus equi-
 erant, ad S-
 Non solū
 hebant ve-
 qui & mu-
 nisterij
 rium, trec-
 residentib-
 propositi-
 cari. Verū

DE VERBI DEI VIRT. 235

excellens oratoris virtus, quidquam effecit. Et tantum abest, ut ad gratiam reintegrandam homines persuaderentur, ut amplius etiã ad vindictam sint excitati. Quapropter infectis rebus ad Imperatorem redijt, qui ad pacem componendam missus fuerat Hosius.

CAPVT V.

CUm igitur hac contentione, pax Ecclesiarum nimium turbaretur, & malum id ad summũ excrescere cerneret Imperator, decantatissimam illã in Bithynia Nicãnam Synodum promulgat, & literis locorum omnium Episcopos ad constitutam diem eò euocat, publicis asinis atque mulis & curricibus equis, Episcopos, & qui cum eis erant, ad Synodum venire præcipiens. Non solùm enim Episcopos publica vehabant vehicula & iumenta, publici equi & muli, verùm etiam eos, qui illos ministerij gratia comitabantur. Vbi Arium, trecentis & octodecim Episcopis residentibus, adesse iubet, ac de eius propositionibus ac quæstionibus iudicari. Verùm cum per dies multos in E-

h pisco-

Conciliũ
Nicænum
indicitur.

IOANN. SLOT. GEF

piscoporum concilio, fidei quæstio verteretur, & nonnulli diuersa sentirent ac vehementer cœptis Arrij fauerent, conplures tamen erant, qui impium Arrij execrarentur inceptum. Cumq; in eodem concilio, esset confessorum magnus numerus sacerdotum, omnes Arrij nouitatibus aduersabantur. Fauerant verò ei viri in quæstionibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersi. Per dies itaque singulos agitabatur con

**Nota Arri
um frequē
tius euo-
catum in
concilium**

**Homou-
sion,**

uentus, nec facilè aut temerè de re tanta statuere audebant. Euocabatur frequenter Arrius in concilium, & assiduo tractu, assertiones eius discutiebantur. Et quid aduersum hoc teneri deberet aut statui, summa cum deliberatione quærebatur. Verùm post diutinū multumq; tractatum, placet omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde discernitur. Homousion, hoc est, eiusdè cum patre substantiæ filium scribi debere & confiteri, idq; firmissima omnium sententia pronounciatur. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arrij perfidia magis placeret, ex-
tria-

DE VE
trinsecus c
substantial
tate proger
tur ad Con
cilij senten
latam vene
obniti, ve
nientem in
rum. Sex ig
untur expe
filio inter f
scribendum
ius simula
tit Nicome
terim conc

HIs à
sit a
cilio celeb
discordia
exposita co
nisi scienti
tia tantoru
cto spiritu
onem sub
nem dubit

DE VERBI DEI VIRT. 236

trinfecus creatum Dei filium ex nullis substantialibus, & nō ex ipsa patris dei tate progenitum confirmantes. Defer- tur ad Constantinum, sacerdotalis con- cilij sententia. Ille tanquam à Deo pro- latam veneratur. Cui si qui tentassent obniti, velut contra diuina statuta ve- nientem in exilium se protestatur actu- rum. Sex igitur soli cum Arrio se pati- untur expelli, reliqui verò vñdecim, cō- filio inter se habito acquiescunt ad sub- scribendum manu sola, non mente. Cu- ius simulationis autor præcipuè exti- tit Nicomediæ Episcopus Eusebius. In- terim concilium direptum est.

Eusebius
Nicomediæ Episcopus
Arrianus.

CAPVT VI.

HIs à concilio ita dispositis, scrip- sit absentibus quæ fuerunt à con- cilio celebrata, & inuitabat vt ab omni discordia recedentes, concordarent in- exposita concilij fide, quæ nihil aliud nisi scientia Dei videretur, ex consonã- tia tantorum & talium sacerdotū, san- cto spiritu constituta, & post inquisiti- onem subtilissimam, & animaduersionem dubitationum omnium compro-
h 2 bata.

EF
estio ver
tarent ac
ent, con
um Arrij
q; in eo
um ma
nnes Ar
r. Fave
ous calli
aduerfi
atur con
ere tan
atur fre
& assiduo
ebantur
deberet
eratione
nū mul
ibus, ac
orde de
t, eiusdē
scribi de
ima om
Decem
tur, qui
eret, ex
tria-

IOANN. SLOT. GEF.

Lex Con-
stantini
aduersus
Arrium &
sequaces
eius Socra-
te. lib 2.
Tri-hist.
cap. 259

bata. Talem autem ac eiusmodi reli-
giosissimus Imperator, promulgauit le-
gem. Victor Constantinus Maximus
Augustus, Episcopis & populo. Mali-
gnos & impios Arrius imitatus, dignū
est, vt illorū quoq; suscipiat vltionem.
Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis
inimicus iniqua volumina contra reli-
gionem proferens, dignam promeruit
inuenire mercedem, & talem per quam
in posterum esset opprobrio, & plurima
compleretur infamia, & nūc placuit Ar-
rium & consecutores eius, vocari Por-
phyrianos, vt quorum mores imitati
sunt, eorum vocabulo perfruantur. Su-
per hæc autem, si qua conscriptio ab Ar-
rio facta reperitur, igni tradatur, vt nō
solū praua eius doctrina depereat, sed
neque vlla eius possint remanere com-
menta. Hoc etiam præcipio, si quis con-
scriptiones Arrij celasse comperitur, &
non repentē proferens igne consum-
pserit, mortis supplicio subiacebit. mox
enim vt in hoc fuerit captus, capitalem
suscipiet vltionē. Deus vos custodiat.
Et hoc modo per verbum Dei, sancti
patres,

DE V
patres, in
emerfer

PORR
cata
insuperab
tum ad ge
verbi De
persequu
ticos Arr
tes, sanctu
pocalypsi
dixerat, d
gnum in
præliaban
pugnaba
luerunt,
orum am
ctusest d
tiquus, q
nas, qui s
proiectu
cum eo m
gnam de
salus & v
potestas

patres, in sancto Concilio, errore (qui emerferat) conuicerunt.

CAPVT VII.

PORRÒ hæc omnia, quæ nunc explicata sunt, de verbi Dei victoria, & insuperabili potentia ecclesiæ, tam quantum ad gentiles, Christianorum (purum verbi Dei docentium ac seruantium) persecutores, tam quantum ad hæreticos Arrianos, verbum Dei adulterantes, sanctus Euangelista Ioannes, in Apocalypsi sua longè antè viderat & prædixerat, dicens: Factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius, præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt. Et audiui vocem magnam de cælo dicentem: Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est

Apoc. 12

IOANN. SLOT. GEF.

accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulierialæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquã flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierẽ, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit Draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem, & abiit facere prælium cū reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimoniũ Iesu Christi. Quæ omnia iuxta sententiam

DE

tiam & es
Tuitiensis
stituto no
conuenie

N Ar
fig
altior, ter
pientibus
uersatioe
ctum est
chael et a
dracone.
diabolus
lo? In cœlo
videbatur
quum ex
ligio, &
seduxerat
que & ipsi
contende
Propterea
nem istum
sam vsque
potestatem
scripturis

tiam & expositionem Ruperti Abbatis
Tuitiensis viri vndecunq; doctissimi in
stituto nostro optimè conueniunt, &
conuenienter aptantur

CAPVT VIII.

NAm quid per cælum, nisi ecclesia
significatur, quæ terra longè
altior, terrenis hominibus & terram sa-
pientibus longè superior in cælo con-
uersatioem habet. In hoc cælo fa-
ctum est prælium magnum, quia Mi-
chael et angeli eius præliabantur cum
dracone. Sed quomodo draco, hoc est,
diabolus erat vel pugnabat in hoc cæ-
lo? In cælo nimirum erat arbitrato suo,
videbaturque sibi similis altissimo,
quum exhiberetur ei quasi diuina re-
ligio, & à miseris gentibus (quas
seduxerat) coleretur pro Deo. Ita-
que & ipse pugnabat quasi in cælo, dū
contenderet haberi pro cælesti Deo.
Propterea nemo ferè qui nesciat, draco-
nem istum in aere vagari, et permis-
sam vsque ad tempus iudicij exercere
potestatem ipsumque aerem vsitato in

Cælum si-
gnificat
Ecclesiam

Eia. 29.

Psal. 6.

h 4 Volu

IOANN. SLOTT. GEF.

Psal 8.

Ephe. 6

Volucres cœli et pisces maris. In isto cœlo, id est, in aëre, nos quoque vsque hodie contra illum pugnam habemus, sicut & Apostolus ad Ephesios scribens loquitur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus et potestates et rectores mundi tenebrarum harū, aduersus spiritalia nequitiae in cœlestibus. Sunt ergo spiritalia ista nequitiae, scilicet draco iste et angeli eius, in cœlestibus, nō ubi sidera disposita effulgent, et sancti angeli commorantur, non in illa superiore tranquillitate cœlestium, habitant isti nequissimi spiritus contra quos nobis colluctatio spiritalis indicitur, vt de uictis malis, illo p̄mio perfruamur, quo angelis bonis incorrupta æternitate sociemur, sed in huius aëris infimi caliginoso habitaculo, ubi et nebula conglobatur. Et tamen scriptum est, quòd cooperit cœlum nubibus, ubi et aues non volitant, et tamen dicuntur volatilia cœli. Igitur et iuxta literam sic rectè intelligitur, quòd p̄lium imaginarium in isto cœlo, id est, aëre, Ioannes fieri vi-

DE
fieri vide
lij, quo d
dibus ho
eijci, cui
mittatur
cum ang
iunctum
locus eo
lo. In cæ
est spirit
reginar
ère isto,
dus iter
magno

Sed i
Smu
p̄liab
gnabat
bus arm
in illa v
materi
deri po
geli su
tus, co
non in

fieri viderit, in significatione eius præ-
lij, quo de templis et aris, imò et de cor-
dibus hominum, diabolus iam cœperat
eijci, cuius videlicet prælij finis erit, vt
mittatur in ignem æternum draco iste
cum angelis suis, atq; ita fiat quod sub-
iunctum est: Et non valuerunt, neque
locus eorum inuentus est amplius in cœ-
lo. In cælo (inquam) non tantùm, qd
est spiritualis vel cælestis fideiũ hic pe-
regnantium cõuersatio, sed nec in a-
ère isto, in quẽ detrusus est, detrudẽ-
dus iterum in tartarum, illo iudicij die
magno et tremendo.

CAPVT IX.

Sed iam verba ipsa ordine prosequa-
mur. michael (inquit) et angeli eius
præliabantur cum dracone, et draco pu-
gnabat et angeli eius. Quibus vel quali-
bus armis acies illæ vtuntur? Et quidem
in illa visione Ioannis huius armorum
materialium quasdam similitudines vi-
deri potuisse non dubitamus, sed an-
geli siue boni siue mali, cum sint spiri-
tus, corporali siue materiali armatura
non induuntur. Attamen draco ille,
h 5 quod

Angelũ
malorum
armaturũ

IOANN. SLOT. GEF.

quod natura non habuit, arte maligna
 sibi assumpsit, scilicet omne genus ar-
 morum, quibus bella geruntur inter ho-
 mines & homicidia peraguntur, scilicet
 gladios regum & imperatorum, secures
 consulum, vincula carceresque iudicū,
 & omnia omnino genera tormentorū.
 Primus quem Romæ inuasit siue arri-
 puit, Neronis gladius extitit, & in illo
 pugnavit. At verò Michael & angeli e-
 ius, e contra præliantes, nihil de huius-
 modi genere armorum habuerunt aut
 quæsierunt, sed vt ministratorij spiri-
 tus, in ministerium missi propter eos
 qui hæreditatem capiunt salutis, com-
 militonib. suæ partis hominibus Chri-
 stianis, signa miraculorū ab Iesu Chri-
 sto per spiritum sanctum data ministra-
 uerunt, præsentibus illis & cooperantes,
 ad curandos infirmos, ad suscitandos
 mortuos, assistentes pijs martyribus in
 tormentis, & colloquentes illis & col-
 loquio suo consolantes & refouentes
 illos in carceribus & vinculis, religan-
 tes etiam angelos draconis, & extrahen-
 tes de antiquis templorū simulachris,
 Et

Angeli bo-
 ni quō pijs
 subueniāt

Heb 1.

DE V
 Et hoc pl
 apparenc
 bi visibil
 fibiliter
 tes patie
 bus, vu
 nem pro
 singulon
 omnia p
 aureo th
 mantes
 ferebant
 præliaba
 terum a
 onem su
 cum to
 rum pro
 litaria,
 publicæ
 xerunt,
 stianæ,
 bant. V
 isset: Iu
 humeri
 superaf
 videlic

DE VERBI DEI VIRTUTE. 240

Et hoc plerunque fecerunt, visibiliter
 apparendo sanctis martyribus, sed & vi-
 bi visibiliter non apparuerunt, ibi inui-
 sibiliter semper adfuerunt compati-
 entes patientibus, adherentes laboranti-
 bus, vulnera dinumerantes, sangui-
 nem profluentem metientes, responsa
 singulorum conscribentes, & inter hec
 omnia preces gemitusque morientium
 aureo thuribulo velut incensa concre-
 mantes ante oculos domini Dei per-
 ferebant. Et hoc modo cum dracone
 preliabatur Michael & angeli eius. Ce-
 terum armis materialibus ad defensi-
 onem sui pars ista nihil moliebatur,
 cum totae interdum legiones marty-
 rum prosternebant arma tenentes mi-
 litaria, quibus ad defensionem Rei-
 publicae fideliter sese ac fortiter accin-
 xerunt, quae tamen in causa fidei Chri-
 stianae, vllatenus attrectare despicie-
 bant. Vnde verissimè propheta cum dix-
 isset: Iugum enim oneris eius & virgam
 humeri eius, & sceptrum exactoris eius
 superasti, addidit, sicut in die Madian,
 videlicet quando mirabili genere pugna-
 di-

Esaię 9.
 iud 7.

IOAN. SLOT. GEF.

di Gedeon cum trecentis viris Madian
superavit. quomodo? Intra lagenas mis-
sæ sunt lâpades, con fractis verò lagenis,
ostensæ sunt lampades, quarû choruscâ
te luce, hostes territi in fugâ versi sunt.
Designatus est in tubis, clamor prædi-
cationis, in lampadibus claritas miracu-
lorum, in lagenis fragilitas corporum,
quorum despecta salute martyres ho-
stes suos moriendo prosternerent, eo-
rum gladios, non armis & gladijs, sed
patiëntia superarēt. Nimirû huiusce plij
côplices esse, imò duces & præcipes, Mi-
chaelē & angelos eius iure delectabat.

CAPVT X.

ET non valuerunt, inquit. Quid
non valuerunt? Nimirum contra
fortioris Michaelis & angelorum eius
fortitudinem, diutius stare, quin foras
eijcerentur, cum illo suo principe ru-
fo dracone, sicut Christus prædixerat.
Nunc princeps huius mundi eijcietur
foras. Ita namque foras eiectus est, vt
in locis, in quibus sordes eius compu-
truerant, religio Christiana, floreret, in
templis, in quibus idolum cuiusq; tur-
pitu-

Joan 12.

DE V
pitudini
descere
rum can
sti, & lau
personar
cus inue
lo. Quoc
relictus
tur ei cæ
iectus es
æstimati
videbat
misso ele
suo iam
nunc po
diligen
illis, & a
æternu
perdito
terrenar
proiect
abducit
debito
ideo au
dicente
illa mag

DE VERBI DEI VIRTUTE. 241

pitudinis steterat, crux Christi splen-
 desceret, vt per ora, quæ Iouem adulte-
 rum cantare solita fuerant, nomē Chri-
 sti, & laus sanctæ Trinitatis, cum gloria
 personaret. Hoc est quod ait: Neque lo-
 cus inuentus est eorum amplius in cœ-
 lo. Quod idem est ac si diceretur: Neq;
 relictus est illi locus, in quo exhibere-
 tur ei cælestis vel diuina religio. Et pro-
 iectus est in terram, id est, perdita gran-
 æstimatione, qua cælum sibi obtinere
 videbatur, dum coleretur vt Deus, a-
 misso electorum populo, in quo cælo
 suo iam inhabitat Deus, eos tantum
 nunc possidet, qui pertinaciter terram
 diligendo, ipsi terra sunt, tandemq; cū
 illis, & angelis suis, mittetur in ignem
 æternum. Terram ergo possidet, quia
 perditorum hominum vitam omnino
 terrenam gubernat. Itaque quoniam
 proiectus est in terram, qui seducit &
 abducit vniuersum orbem, à cultu Dei
 debito, ad cultum suimet indebitum,
 ideo audiuit vocem magnam de cælo,
 dicentem: Nunc facta est salus &c. Vox
 illa magna quam iste in spiritu audiuit,
 con-

F.
 Madian
 enas mis-
 lagenis,
 horuscā
 rsi sunt.
 prædi-
 miracu-
 porum,
 res ho-
 ent, eo-
 ijs, sed
 sce plij
 oes, Mi-
 ctabat.

Quid
 contra
 im eius
 n foras
 ipe ru-
 iixerat.
 jcietur
 est, vt
 ompu-
 eret, in
 tur-
 pitu-

IOAN. SLOT. GEF.

concentus est publicus, quo cœlum Dei, id est, Ecclesia per totum orbem hodie laudes canit, concinentibus, imò præcinentibus angelis gloriam Deo in excelsis, secundum quod ait Psalmista:

Psal. 65.

Omnis terra adoret te, & spallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Ex hoc ergo quòd sathanas proiectus est in terram, accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, qui tenebat cyrographum decreti aduersum nos, quod nobis contrarium erat, in quo peccatû Adæ scriptum erat, cuius nos recitatione semper accusabat, confidens & iactabundus, quòd illo cyrographo teste genus humanum iure esset possessio sua. Ex hoc, inquam, quòd iste accusator fratrum nostrorum proiectus est, postquam cyrographû illud perdidit, quæ-

Col. 2.

admodum Apostolus dicit: Conuiuificauit nos Deus cum Christo donans nobis omnia delicta, delensq; aduersum nos cyrographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expo-

lians

DE
lians prin
confide
seipso, tu
gnum D
ius, quia
ceretur i
non erat
eius, sed
tus, sed in
rat in ho
gnû pecc
Christi e
brarû, qu
Non erat
vel facien
in lege v
Quando
surrectio
corporu
oné dest
remissio
resurrect
reforma
strorum
regnû I
Christi

lians principatus & potestates traduxit
 confidenter palàm triumphans illos in
 seipso, tunc facta est salus, & virtus & re-
 gnum Dei nostri, & potestas Christi e-
 ius, quia antea priusquam scilicet proj-
 ceretur ille accusator, non erat regnū
 non erat potestas Dei nostri & Christi
 eius, sed perditio & mors, non erat vir-
 tus, sed infirmitas & corruptio, non e-
 rat in hominibus regnum Dei, sed re-
 gnū peccati et mortis, nō erat potestas
 Christi eius, sed potestas principis tene-
 brarū, qui in hoc mūdo principabatur.
 Non erant hæc omnia facta, sed futura,
 vel facienda promittebantur, et paucos
 in lege veteri, spes ista consolabatur.
 Quando autem Christus passione et re-
 surrectione sua, perditionem et mortē,
 corporum quoq; mortalium corrupti-
 onē destruxit, tūc facta est salus, id est,
 remissio peccatorū nostrorum quæ est
 resurrectio animarum, et virtus, id est,
 reformatio resurgentium corporū no-
 strorum, et regnū, imò facti sumus nos
 regnū Dei nostri, et facta est potestas
 Christi eius in cęlo et in terra, quem-
 admo-

IOAN. SLOT. GEF.

Matt vlt.

admodum ait: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et ipsi vicerunt illum, nimirum illi qui accusabatur ab accusatore illo, in ipsa accusatione siue accusationis causa, constanti certamine, legitima sui defensione illum vicerunt & obmutescere fecerunt, & hoc non propter se, non propter virtutem iustitiæ siue conditionis propriæ, sed propter sanguinem agni, quo redempti sunt, & propter verbum testimonij sui, id est, propter fidem, per quam testimonium reddit illis, quod sint filij Dei. Adde quod pro eodem verbo testimonij sui, propter confessionem fidei suas animas expenderent, victores siue præliatores isti. Propterea lætaminæ cæli, & qui habitatis in eis. Sed nihilominus etiam væ terræ & mari, id est, væ impijs hominibus non credentibus, qui dicuntur terra, quia sola terrena & vana quærunt. Dicuntur etiam mare, propter inquietas quas patiuntur & amant omnium vitiorum curarumq; inutilium amaritudines. Ad hanc terram & mare descendit diabolus proiectus è cælo

DE V
è cælo ha
eos neq
iram in i
bat, proi
ad eos ha
tione eiu
prius fac
am, nunc
per inuic
Hæc
u

DE V
te,

LI



& varia

DE VERBI DEI VIRT. 243

è cælo habens iram magnam, quia dum eos nequiores facit, maiorem ebullit iram in illis. Antea segnius eos possidebat, proiectus autem è cælo, descendit ad eos habens iram magnam, comparatione eius iræ quam prius habuit. Nam prius faciebat eos errare per ignorantiam, nunc autem facit eos blasphemare per inuidiam, & persequi per malitiam.

Hæc est ira magna, magna inuidia, magna malitia illis inspirata.

DE VERBI DEI VIRTUTE, & Ecclesiæ insuperabilipotencia.

LIBER QVARTVS.
CAPVT I.



Euocemus ad memoriam, quæ superius dicta sunt, quomodo videlicet diabolus quum vidisset paganorum errore se fuisse nudatum, & varia dæmonum machinamenta captata, to-

Lib. 3. ca. 1.

IOANN. SLOT. GEF.

ta, totam conuertit suæ malignitatis abundantiam, ad scripturarum veritatē corrumpendam, atque hoc modo cepit persequi Ecclesiā. Et hoc deinceps sanctus Ioannes in Apocalypsi sua prophetauit, dicens: Et postquam vidit dra-
co, quòd proiectus esset in terram, postquam proficiente Christiana fide, desertis ac destructis idolis, amisit vsurpata, quasi diuinæ culturæ gloriam, iam Romani fastigio imperij adorāte Christum, Christiano imperatore Constantino, in fronte sua signum gestante crucis Christi, persecutus est mulierē, quæ peperit masculum. Arrius siquidē presbyter magnus hæresiarches, sub nomine Christiano, in blasphemiam Christi filij Dei, procaciter nimis erupit, loquacitate inolerabili. Per Arrium ergo atque eius sequaces, persecutus est hanc mulierem. Et vide quid dicat, quæ non ait: Persequutus est masculum filium, sed persecutus est, inquit, mulierem, quæ peperit masculum. Non enim per os Arrij, cæterorumque huiusmodi hæreticorum doctrinam profundens
impiam,

Ecclesiam
diabolus
per Arriū
persequutus
est.

DE
impiam,
bet, vt n
Christian
confitens
tas tradi
aut fidei
contende
illam, vt
nas facer
te, & clam
tebat ex
quam flu
Misit ex
tanquam
serpens il
dinem flu
flumen et
rum, flum
ra, vera at
Ecclesia,
consueui
bens in se
cut dicit
ror mea f
gnatus. I

DE VERBI DEI VIRT. 244.

impiam, hoc apertè exigebat à quolibet, vt negaret Christum siue nomen Christianum, sed vt Christum quisquis confitens, aliam quam apostolica veritas tradiderat, reciperet confessionis aut fidei regulam, hoc intendens, imò contendens, persequebatur mulierem illam, vt Christi ecclesiam, suam sathanas faceret synagogã. Nimia loquacitate, & clamosa hoc agens cõtentiõe, mittebat ex ore suo serpens ille aquam tanquam flumen. Nota, quòd non dixit: Misit ex ore suo flumen, sed misit aquã tanquam flumen. Aquam denique quã serpens ille de ore suo mittit, similitudinem fluminis habere potest, sed verè flumen esse non potest. Nam flumen verum, flumen aquæ viuæ, sancta scriptura, vera atq; catholica doctrina est, quã Ecclesia, quæ est mulier ista mittere consuevit de fonte veritatis, quam habens in semetipsa hortus est domini, sicut dicit in Cãticis: Hortus cõclusus soror mea spõsa, hortus conclusus fons signatus. Itẽ in Euangelio: Qui credit in

Sanctæ
scripturæ
flumen ve
rum eccle
sia sola
profundis

F.
itatis a-
veritatẽ
do cœ-
einceps
sua pro
vidit dra
am, post
de, de-
t vsurpa
iam, iam
te Chri-
Constan-
ante cru
erẽ, quæ
idẽ pref
b nomi-
Christi
pit, lo-
rium er-
utus est
dicat, qd
ulum fi-
uit, mulie
Non enim
iusmodi
ofundens
impiam,

Arrii do-
ctrina pu-
tida.

IOAN. SLOT. GEF.

me, sicut dicit scriptura, flumina de vē-
tre eius fluent aquę viuę. Serpens au-
tē de ore suo (quod erat Arrius) aquas
mortuas, aquas putidas, doctrinę ne-
quam emittebat, sed quia de scripturis
eisdem disputabat, & testimonia sibi v-
surpabat, quas recipit & habet mulier
ista, aquam suam flumen aquę viuę, flu-
men sanę doctrinę videri volebat. Vt
quid hoc? Vt eam, inquit, trahi faceret à
flumine. Vnde & quò illam trahi vole-
bat rapiente flumine? Nimirum à fide
in perfidiam, à veritate in mendacium,
à luce in tenebras, à vita in mortem, ab
altitudine in profundum, à cælo in in-
fernum. Sic enim & tam in diuersa i-
mò contraria trahuntur, quicunq; pro-
fluentem ex ore blasphemantium hære-
ticorum loquacitatem mirantes se-
quuntur.

CAPVT II.

ET adiuuit terra mulierem, & ape-
ruit os suum, & absorbit flumē,
quod misit draco de ore suo. Tunc vti-
que quando illud famosissimum in Ni-
cæa Concilium, feruor Christiani prin-
cipis

DE V
cipis Co
afinis atq
episcopo
dum ven
adiuuit t
ne terra,
nientes v
tibus vir
re scient
citati, ad
tatis eccl
cōuētus
aperuit o
ad dispu
nia scrip
quod mi
nihilauit
ne nequ
diabolic
fluctum
hoc con
est: ita q
menicis
rores da
aperuit
modi f

DE VERBI DEI VIRT. 245

cipis Constantini excitavit, publicis
 asinis atque mulis, & curracibus equis,
 episcopos & qui cum eis erant, ad syno-
 dum venire præcipiens, tunc inquam,
 adiuvit terra mulierem, quia de tota pe-
 ne terra, de toto orbe terraque, conue-
 nientes viri illustres, ex omnibus gen-
 tibus viri religiosi, viri famosi, disputa-
 re scientes, omni elocutionis arte exer-
 citati, ad defendendam catholicæ veri-
 tatis ecclesiam confederunt illic terra, i. *Arrii dog*
 cœtus cōgregatus de vniuersa terra, *ma vbi de*
 aperuit os suum, scilicet ad loquendum *structum*
 ad disputandum, ad proferenda testimo *sic,*
 nia scripturarum, & absorbuit flumen,
 quod misit draco de ore suo, id est, ad
 nihilavit atq; damnavit, sectam doctri-
 nę nequam, quæ confessa fuerat spiritu
 diabolico. Illic namq; Arrij dogma de-
 structum est. Porro quemadmodum in
 hoc concilio, Arrij dogma destructum
 est: ita quoque in cæteris concilijs œcu-
 menicis, reliquorum hæreticorum er-
 rores damnati sunt, & sic terra semper
 aperuit os suum & absorbuit eiusce-
 modi flumina, euadente muliere, et
 i 3. duabus

IOANN. SLOT. GEF.
duabus alis volante, sicuti Ioannes præ
dixit.

CAPVT III.

ET datæ sunt, inquit, mulieri, alæ
duæ aquilæ magnæ, vt volaret in
desertum in locum suum, vbi alitur per
tempus & tempora, & dimidium tem-
poris à facie serpentis. Magna illa aqui-
la, sancta est scriptura, & huius duæ alæ,
duo sunt testamenta, quæ huic mulieri
data, id est, intelligibilia sunt facta, vt
habeat quo subleuet in cælum cor su-
um, & non incidat flumen quod fluit
per terram, flumen diabolicum, flumē
hæreticæ loquacitatis laqueosum, & so-
phisticis retibus plenum. Eiusmodi ha-
bens alas, in desertū volat in locū suū,
id est, sectatur otium vt vacet illi, medi-
tationi inseruire scripturarum, iuxta il-
lud Sapientis: Scribe sapientiam in tem-
pore otij, & qui minoratur actu, perci-
piet eam. Qui minoratur actu, id est,
qui corporali exercitatione minus ex-
ercetur, quemadmodū Iacob, qui sim-
plex domi habitabat, non tantū agēs
quahtum Esau, qui vtpote venator
cor-

Scriptura
sacra aqui-
læ compa-
ratur.

Eccl 30.

Gen. 5.

DE V
corporali
que Iaco
tem exer
dicum pr
(inquit) a
exercitat
tas aut ac
onem ha
turæ. Illu
illud dese
suum, & f
ercitium.
templati
cris, imò
tia filior
inquam,
non time
tempora
tribus ar
pore Ant
dum vex
hunc ter
pus, quo
clesia, pr
uit. Abs
tasma fl

DE VERBI DEI VIRTVT. 246

corporaliter exercebatur. Idcirco nanque Iacob sapientiam percepit, ille autem exercitio quo exercebatur, ad modicum profecit. Exerce autem te ipsum (inquit) ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Illuc ergo mulier hæc euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium ad pietatis exercitium, alitur, inquit, subauditur, contemplatione veritatis & lectionibus sacris, imò & corporalibus ex munificencia filiorum suorum stipendijs alitur inquam, à facie serpentis, id est, ita ut non timeat serpentem. Per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persecutione sua mundum vexabit, atque idcirco rectè per hunc terminum, omne intelligitur tempus, quo persecutionem patitur Ecclesia, pro eo quòd in Christo piè viuit. Absorptum est itaq; flumen, siue phantasma fluminis serpentium, quando

2. Tim. 4.

IOANN. SLOT. GEF.

concilium sanctum, concilium Nicæ-
num, nefarium Arrij dogma damnauit.

CAPVT IIII.

Arrii dog-
ma quō
repullula-
uerit,

Ll.4, trip.
histo. cap.
1:

POSTEAQUAM hæc terra, hoc modo
flumen absorbuit hæreticæ loqua-
citatatis, quid deinde gestum est? Iratus
est, inquit, draco in mulierem, & adie-
cit facere prælium cum reliquis de se-
mine eius, qui custodiunt mandata dei
& habent testimonium Iesu. Iratus est
draco in mulierem, quia videlicet iam
extincto Arrio, rursus per quendam
presbyterum, dogma illius pullulauit,
quemadmodum Ruffinus lib.10. Eccle-
siast. histo. cap. 12, refert. Et Socrates li.
4. Trip. histo. cap. 1. Et Nicephorus lib.
8. cap. 47. Per istum siquidem presby-
terum temporibus Constantini, Arrius
reuocatus fuerat. Erat enim hic presby-
ter Constantio quoq; gratus, eò quòd
paternum ei seruauerat testamentum,
ita vt vsque ad principem, palatijq; po-
tentes haberet accessum. Nam eo tem-
pore quo Constantinus imperator e-
rat moriturus, testamento filijs imperi-
um siue regnum distribuens tempora-
le(nul

DE V
le(nullu
ro à foro
commen
tum, præ
qui inter
& prius v
iste Con
stamento
dutiã. C
voluntat
cedentiã
Euangel
& aduer
re tempo
pabiles,
quæ scri
ctrina p
tes & eo
ergo At
cusans, i
perator
Episcop
Episcop
adimpe
sij, mul
lorum,

DE VERBI DEI VIR. 247

le(nullus em̄ eorū erat p̄sens) presbyte
 ro à sorore propria Constantia sibimet
 commendato, suum credidit testamen-
 tum, præcipiens illud Constantio dari
 qui inter alios videbatur esse vicinior,
 & prius venire posse credebatur. Hinc
 iste Constantio factus notus, tradito te-
 stamento, accepit ad eum ingrediēdi fi-
 duciam. Qui videns facilem Constantij
 voluntatem, & velut calamum ventis ac-
 cedentibus agitari, præsumpsit contra
 Evangelica dogmata bellum assumere,
 & aduersus Ecclesias, asperrimam erige-
 re tempestatem. Dicebat enim esse cul-
 pabiles, qui consubstāialitatis vocem,
 quæ scripta nō inueniretur, in fidei do-
 ctina posuissent, quòd inter sacerdo-
 tes & eos, discordiam generaret. Hinc
 ergo Athanasium & eius sectatores ac-
 cusans, infidias instruēbat. Huius coo-
 peratores erant Eusebius Nichomediæ
 Episcopus, & alij Arrianorum partium
 Episcopi. Isti namq; sæpius venientes
 ad imperatorem, reuersionem Athana-
 sij, multorum causam asseriebant esse ma-
 lorum, & non solūm Aegyptum, sed eti-

Constan-
 tij leuitas.

IOAN. SLOT. GEF.

am Palestinam & Phœnicem, vicinaſq;
gentes, eius gratia dicebant eſſe turba-
tas. Pròinde huiusmodi verbis leuiſſi-
mam obſidentes imperatoris intentio-
nem, ſuaſerunt, vt Athanaſium ab Ec-
cleſia rurfus expelleret. Eusebius nam-
q; in aula imperiali videbatur ita per-
ſpicuus, vt ſuos cõſectatores, faceret au-
guſtos ac proceres. Quam ob ré de do-
gmate rurfus priuatim & publicè diſpu-
tationes crebro proferebantur, & ſimul
iniuriæ, inimicitia, & plurima quæ ex
talibus ſolent ſæpius euenire.

Eusebi fa-
tus & arro-
gantia.
Lib. 4. tri-
hifto. ca. 1

CAPVT V.

SEquitur. Et adiecit draco, facere p-
ſium cum reliquis de ſemine eius,
qui cuſtodiant mandata Dei, & habent
teſtimonium Ieſu. Videlicet quia parũ
proficiebat ſolo flumine, quòd miſerat
de ore ſuo, quia trahere nõ poterat mu-
lierem illo doctrine ſuæ, profluuiò, bel-
lum exterius adiecit, gladium lingue
ſuæ, viſ hæretica crudeliter addidit. Et
primũ quidem catholici ſuis expelle-
bantur Eccleſijs, deinde tormentis eti-
am

DE
am com-
cis, ita vt
deficerent
ciuitate
bus chara-
huiusmo-
peratoris
tes hæret-
tholicis, n-
cerant du-
tiles & ſa-
voluerit.
lib. quem
partita h-
quoque
perator,
iugis, qu-
ptionibu-
re ſecum
ſit, autor
tempori
cula ten-
gebat, n-
Arriani
hement-
contum

DE VERBI DEI VIRT. 248

am communicare cogebantur hæreticis, ita ut plurimi plagarum immanitate deficerent, alij substantijs, alij humana ciuilitate priuabantur, alijs in frontibus characteres ponebantur, ut essent huiusmodi signo notati. Itaque de imperatoris Constantij leuitate præsumentes hæretici, bellum commouerunt catholicis, nec minora fecerunt, quam fecerant dudum persequentes tyranni gentiles & sacrilegi. Quæ si quis cognoscere voluerit, legat sanctum Athanasium in lib. quem de fuga sua scripsit lib. 5. Tripartitæ hystoriæ. cap. 3. & 31. Accesserat quoque in auxilium diaboli, Valens imperator, alloquio seductus hæreticæ coniugis, quæ primitus Arrianæ fallatiæ captiua irretita, virum quoque corruere secum, in blasphemiam foueam persuasit, autore seductiõis Eudoxio, qui tunc temporis Constantinopolitanæ gubernacula tenens ecclesiæ, nauim suam mergabat, non regebat. Hac fiducia freti Arriani amplius effrenati, vexabant vehementer Orthodoxos, cædentes, contumelijs agentes, carceribus re-

Valens imperator, auxiliator diaboli. Lib 7. Tripartitæ hyst. cap. 28

Eudoxius Constantinopolitanus Episcopus Arrianus.

clu-

IOAN. SLOT. GEF.

cludentes, damnificātes sepe pecunijs,
& omnia contra eos facientes importa-
biliter. Quod ita esse, liber vndecimus
Ecclesi. hist. cap. 3. 4. 5. testatur. Et liber
septimus histo. Trip. capite 29. 30. 31. 32.
33. 38. 39. 40. & liber octauus c. 2. 3. & 7.

CAPVT VI.

Gothi quō
Arriani ef-
festi.
lib. 8. Trip
hist. c. 13.

Nicepho-
rus lib 11.
cap. 48.
Athanari-
cus & Fri-
digernes
inter se pu-
gnant.

PER idem tempus, Gothi quoq; Ar-
riani effecti sunt, hac occasione.
Barbari namque trans Istrum constitu-
ti, qui vocantur Gothi, ciuile bellum
inter se, duabus partibus cōmouerūt,
perque seditionem inter se dissidentes
in duas discessere factiones, quarum al-
terius Athanaricus dux fuit, altera Fri-
digernes auspicia sequuta est. Et pu-
gna inter se commissa acri, Frigidernes
victus, auxiliares à Romanis copias per
legationem petijt. Imperator auxilium
ei ferre, quæ tum ibi erant, copias ius-
sit. Quibus fretus Frigidernes, prælio
rursus cum aduersarijs contendit, eos-
que victor profligauit. Vt autem is gra-
tiam Valēti referret, & pignore aliquo,
se illi modis omnibus syncerè fidū &
amicum fore confirmaret, eandem cū
Im-

DE
Imperato
re, atq; in
eo essent
quod sta
cum exe
mum tra
sam fuiss
fit sequu
lens, opi
rō solam
qui apud
is primu
ab eo di
in Syno
Constan
ne inter
cio esset
cum Ep
nantibu
stantino
dogmat
se ei ex
secturo
in anim
tilitate
quod n

Imperatore de Deo opinionem suscipere, atque in eandem sententiam, qui sub eo essent barbaros adducere statuit. Id quod statim sicuti volebat, confecit. Nam cum exercitu suo vniuerso, ad Arrianismum transit. Atque hanc opinor causam fuisse, cur gens ea omnis Arrij fide sit sequuta, eandem ab initio, quam Valens, opinionem professa. Non hanc verò solam, sed Viphilas quoque accessit, qui apud eos Episcopatum gessit. Nam is primum cum ecclesia catholica, nihil ab eo dissidens communicauit. Et quum in Synodo Constantinopolitana sub Constantio, nulla dum conuentione intercedente, cum Eudoxio & Acacio esset, nihilominus in communione cum Episcopis Nicæam fidem propugnantibus permansit, postea verò Constantinopoli versanti, quum Arriani de dogmate suo differerent, & legationem se ei ex sententia apud imperatorem confecturos esse, si idem cum ipsis sentire in animum induceret, pollicerentur, utilitate ea illectus aut etiam fortasse, quod melius esse, si ita de DEO opinaretur

Viphilas
Gothorū
episcopus

IOANN. SLOT. GEF.

naretur, censeret, cum Arrianis communicauit, & gentem vniuersam ab Ecclesia vniuersali abduxit. Gothi nanque, quòd ipso autore atque duce, ad veriore[m] pietatem se contulissent, & illius beneficio, humaniore mansuetioreque viuendi instituto vterentur, facile admodum ei parebant, & quocunque ille duceret, sequebantur, nihil mali esse, ex animo persuasum habentes, quicquid ille vel diceret vel faceret, omnibusque id adeò æmulari volentibus, in commodum prorsus atque utilitatem, cessurum esse arbitrantur. Quin etiam ingens ille persæpe virtutis suæ ædiderat specimen multis fortiter pro Christiana doctrina prius toleratis periculis, quàm gens ea, quæ tota ex græca superstitione pendeat, ad Christianissimum est conuersa. Primus etiam ipsis literas inuenit, & sacras scripturas eis translatas proposuit. Atque equidem, quamobrem barbari plerique omnes Istrum accolentes. Arrij dogma sequerentur, causa & occasio hæc fuit.

Caput

DE V

PORRO
verum
pietatem
dum Albe
VVandal
sunt eccl
tyrum co
tiniani te
li sub G
deuastar
re Theo
dij filius
ni Aphri
per Gall
venissen
runt, inu
sit res in
tum & q
ne Arria
postqua
Aphrica
qui nul
pertine
dem Ar
sensor

Porro non solum gens Gothorum, **V**Vandali
 verum etiam **V**Vandali ad illam im **Arriani fa**
 pietatem declinauerunt, quemadmo **sti sunt,**
 dum Albertus Krantz in Saxonia sua &
VVandalia scribit. Qua ex re infinita
 sunt ecclesijs orta mala, multa milia mar
 tyrum coronata. Nam tempore Valen
 tiniani tertij, Imperatoris. 52. **V**Vanda **Gensericus**
 li sub Genserico eorum rege Aphricam **rex VVan**
 deuastarunt, vel ut alij scribunt, tempo **dalorum.**
 re Theodosij minoris, qui fuit Arch **V**Vandali
 dij filius, amissa est Carthago cum om **potiti sunt**
 ni Aphrica, quam **V**Vandali ceperunt, **Aphrica,**
 per Gallias & Hispanias mouetes, cum **annis cen**
 venissent ad mare Gaditanum, traiece **tu & quin**
 runt, inuitati a Bonifacio comite, & ma **que.**
 sit res in eorum manibus per annos cen **Honori**
 tum & quinque. Gensericus ergo religio **cus rex**
 ne Arrianus, male habebat Catholicos, **V**Vandalo **rum,**
 postquam regnasset annis 48. regnum
 Aphricæ, Honorico filio suo reliquit,
 qui nulla in re, quod ad religionem
 pertinet, patre melior fuit. Nam eius
 dem Arrianæ perfidiæ sectator, & de
 fensor fuit acerrimus, initium re
 gni

IOANN. SLO. GEF.

gni à crudelitate auspicatus. Nam quibus pater ob ætatem pepercit, episcopos catholicos egit in exilium, deinde Synodum euocauit, pōtiffices quadringētos, ex quibus quadraginta, qui subscribere noluerunt Arrianæ perfidiæ, misit in exilium, Ecclesias Catholicorum per Aphricam iussit claudi, plebē fidelem grauiter infectari, postquā superatis in concilio (vt ille dicebat) Catholicis, Arriani vicissent. Multos ergo Catholicos Episcopos, suis ecclesijs spoliari, in plebe verò linguā præciderat his qui Arrianam sectam verbis execratur. Lamentabile hoc in gentibus exteris, quòd fidē Christi ambiētes, doctores nacti sunt Arrianos, qua impietate semel inbibita, magnas Ecclesiæ & viris Catholicis diu calamitates intulerunt, diabolo in eis sæuiente, qui pridem in tyrānis, aduersus Christi fidem, digressantibus, tot milia sanctorum martyrum misit in cœlum. Nec minor erat numerus eorū, qui sub Arrianis, hoc est, Gothorum VVandalorumq; manibus, ad Christum peruenerunt, patiente omnium

Honorici
regis crudelitas in
catholicos

DE V
um rerum
agni mult
triumpho
mortalita
res, quòd
turæ debe
Deo facer
in sanctos
scatet ver
postquam
no præfu
Guntamu
eum anni
parentes,
tholicoru
Transimu
lius Hone
dem qua
rursus om
transform
corum, pe
fidelium,
cæ partis.
cti impie
antem se
cos, vt et

um rerum arbitro Deo, ut in sanguine
 agni multi lauissent stolas suas, & cum
 triumpho martyrij transfirent ad im-
 mortalitatem, hac in re cæteris fœlicio-
 res, quòd de morte, quàm vniuersi na-
 turæ debemus, ipsi etiam sacrificium
 Deo facerent. Hic ergo rex pro insigni
 in sanctos impietate, à Deo percussus,
 scetet vermibus, miserabiliter expirās,
 postquam annos octo post patrem reg-
 no præfuit VVandalorum in Aphrica.
 Guntamundus filius eius, regnat post
 eum annis octo, qui melior sensu quàm
 parentes, impietatem declinauit, & Ca-
 tholicorum partes tuebatur. Post hunc
 Trasimundus, frater Guntamundi, fi-
 lius Honorici, regnavit. Hic rex in ean-
 dem qua patres eius lapsus perfidiam,
 rursus omnia post fratrem in deterius
 transformat, redit proscriptio Catholi-
 corum, persecutio in omnem plebem
 fidelium, clauduntur ecclesiæ Catholi-
 cæ partis. Arriani insolescunt, regem na-
 tū impietatis suæ defensorem. Tanto
 antem seruore infectatus est Catholi-
 cos, ut etiam post se disponere curaret,

Gunta mū
 dus rex
 VVanda-
 lorum.

Trasimun-
 dus rex
 VVandalo-
 rum.

IOAN. SLOT. GEF.

ne inualescerent. Nam moriturus vocatum ad se filium, iuramento constrinxit, ne vnquam Catholicis fauorem impenderet, sed patrum suorum religionē (quam ille iustam & veram putaret) magnificè quòd in se didicisset, tueretur. Expleuit autem in regno annos. 26. & fato functus in ea impietate, emigravit, translatus corpore & spiritu ad patres suos. Hildericus filius eius, patri in regnum surrogatur, qui quamuis iuramentum morienti patri præstitisset, de persecuendis Catholicis, meliore tamen mente, in malis promissis rescidit fidem, in turpi voto mutauit decretum. Catholicos & Episcopos, reuocabat ab exilio, Ecclesias dudum à patre claudi iussas, aperuit, & pacem reddidit Catholicis, post annos. 74, ex quo Gensericus proauus eius, turbare cœpisset Ecclesias. Sed non est passus hunc optimum regem diu regnare, insidiator regni Gelismerus, quem alij vocant Gildimerim. Oçto vix totis annis præerat Hildericus, cùm à Gelismero truncatus, perderetur, Sed iam regno parabat exitum,

Hildericus, VVan-
davorum
rex.

Gelismerus VVan-
davorum
rex.

DE
exitum,
ad sceptrum
quæsitam,
regnandi
Aphrica.
Gildimer
potitur, fi
Iustinian
teneret C
huc prem
doricum.
spiciens I
eius resta
cuperatio
dem in Pe
lisarium
nè procur
dere, eu
genio ac
mum, &
in prælij
cuperanc
Carthagi
deinde r
am cruc
sus) ca

exitum, regnator mundi Deus talem ad sceptrum permittens, qui à maioribus quaesita, per insolentiã pessundaret, qui regnandi finem VVandalis faceret in Aphrica. Gelimerus, aut vt alij scribunt Gildimerus, occisor Hilderici, regno potitur, fuitque in eo aliquamdiu, cum Iustinianus legum parens, imperium teneret Orientis, & Occidentale adhuc premerent Ostrogoti post Theodoricum. Is ergo imperator, circumspiciens Imperium misere laceratum, eius restorationi, & perditorum recuperationi intendit, & primùm quidem in Persas conuersus, cum per Bellisarium ducem à se missum, rem bene procurasset, constituto ad illos scendere, eundem Bellisarium, virum ingenio acrem, & militaris rei peritissimum, & quod est omnium maximum, in praelijs scelicissimum, mittit ad recuperandam imperio Aphricam, qui Carthaginem per insidias cepit, & deinde regem (qui ob nimiam suam crudelitatem cunctis erat inuisus) captum, misit Imperatori Iuliano.

Iustinianus imperator.

Bellisarius dux exercitus Iustiniani.

IOANN. SLOT. GEF.

Iustiniano, positisque præsijs, ad terram pro Imperatore gubernandam, præfecit idoneos præsides. Ita restituta est tertia pars orbis terrarum Imperio Romano, post annos quinque ac centum. Hic etiam Italiam reddidit, victis Gothicis. Nam post Valentinianum tertium, qui fuit nouissimus in occidente imperator, vsque ad Carolum Magnum, fuerunt quidam qui purpuram sumebant, sed nemini fœliciter res cecidit, & ideo in imperatorum catalogo non ponuntur, bimestres aut trimestres imperatores. Omnium nouissimus Augustulus, qui sumptam purpuram proiecit, cum audiret Odoacrem regem, cum copijs in Italiam venisse, & priuatam agens vitam, nusquam se opposuit venienti.

Augustulus.

Gothi inuasērunt Italiam. Naclerus lib. 2. Chronographiæ suæ. Odoacer rex Gothicorum.

CAPVT VIII.

INterim ergo quod in Occidente nõ erat imperator, Gothi inuasērūt Italiam, & multis annis in ea regnauerunt, quemadmodum Odoacer rex Gothicorum, qui magno exercitu Italiam ingressus Orestem vicit & occidit, Ticinum

DE V
num expu
ferroque v
gressus to
est. Illum
Romæ & I
mis hono
runt, qui e
Italiam q
sed postea
nem dedi
& in Italia
rex Ostro
liam ingre
rauit Odo
paratis cop
ronæ sub
sta, Theoc
buit, atqu
ricus inter
danæ cui
Mediolan
uennam se
expeditas
dendum C
xit. Cepit
ciuitates,

num expugnauit, urbem & agrum igne ferroque vastauit, & urbem Romam ingressus totius Italæ regnum adeptus est. Illum enim primo ingressu regem Romæ & Italię appellatū, Romani summis honoribus in Capitolium deduxerunt, qui etsi barbarus esset, Romam & Italiam quietissimè primo gubernauit sed postea infelicem regno & vitæ finem dedit. Hic ergo tyrannus Romæ & in Italia 14. regnauit annis. Siquidem rex Ostrogothorum Theodoricus, Italiam ingressus commisso prælio superauit Odoacrem. Sed ecce Odoacer re-

Theodori
cus rex O.
strogotho-
rum.

paratis copijs in campos processit Verona subiectis, & copia pugnandi facta, Theodoricum lacepsiuit, & succubuit, atque etiam fugatus est: Theodoricus interim, omnibus Italiæ transpadanæ ciuitatibus, oppidisque potitus, Mediolani constitit, Odoacer verò Rauennam se contulit. Theodoricus verò expeditas armatorum copias ad obsidendum Odoacrem Rauennam perduxit. Cepit autem ilico omnes prouincię ciuitates, præter Ariminū & Cæsenam.

k 3 Odo-

IOANN. SLOT. GEF.

Odoacrem verò in Rauenna per triennium obsedit. Verùm postea Odoacer deditioem fecit pactis interpositis, vt Theodoricus simul & Odoacer, socij dominationis essent. Verùm hac regni societas, non diuturna permanfit. Cùm enim occultas inter se suspitiones haberent, speraretq; Odoacer, saltè aliquam particulam sibi in Italia, suisq; Herulis attribui possidendã, misit Theodoricus, qui illum & filium adolescentem primoresq; gentis interficerent, Herulorum plebem conseruans. Breui deinde omni Italia & Roma Theodoricus, summo senatus, & populi Romani applausu, est potitus. Huius temporibus Iustinus imperator princeps catholicus & deuotissimus, non solum eos quos Anastasius imperator sed hæreticus Euthicianus, in exilium miserat, reuocauit ab exilio, sed etiam ordinauit, Ecclesias quas tenebant Arriani in Oriente, eis auferri, & Catholicis episcopis dari. Omnes enim hæreses exterminare contendens, deiecit sedibus suis Episcopos Arrianos. tulit eam re gra- uiter

Iustinus
imperator
Episcopos
Arriano-
rum deie-
cit sedibus
suis.

DE V
uiter The
anorũ in
nator: Vr
ratori, ni
omnem i
tis imper
ne graui
Romanis
mum, A
les, ac Th
natores p
tollere co
ceret, i
Constan
Iustinum
lius conc
tem eis a
legationi
Arriano
que resti
rent, con
atque vrb
cendijs v
flectere I
peratore
uersi, su

uiter Theodoricus rex Italiae, labe Arri
 anorū inquinatus, & sectæ illius ppug- Theodori
 ci regis cal
 liditas &
 crudelitas
 nator: Vnde per legatos minatur Impe-
 ratori, nisi restituat Arrianos, Italiam se
 omnem igne & gladio perditurum. Mi-
 tis imperator dissimulauit tēporaliter,
 ne grauius malum immineat, rogatus à
 Romanis. Nam Ioannem pontificē sum-
 mum, Agapetum & Patritium consu-
 les, ac Theodorum & Importunum se-
 natores præstantissimos viros, è Roma
 tollere constituit, idque vt sine nota fa-
 ceret, ipsos legationis nomine misit
 Constantinopolim ad Imperatorem
 Iustinum, vtque eam simulationem me-
 lius concinnaret, Episcopum Rauenna-
 tem eis adiunxit. Fuit autem summa
 legationis, vt agerent cum Iustino de
 Arrianorum episcoporum sacerdotum
 que restitutione, & nisi hoc impetra-
 rent, comminatus est omnem Italiam
 atque urbem Romanam, cædibus ac in-
 cendijs vastaturum. Verum cum legati
 flectere Iustinum christianissimum Im-
 peratorem non possent, ad lachrymas
 versi, suppliciter petunt, vt periturae
 Italiae,

IOANN. SLOT. GEF.

Italiae, vna cū Catholicis omnibus subueniat. Hinc magna vtrinque dicentium & audientium commiseratio est suborta, hinc fidei causa, si Arriani tolerarentur, inde vrbis & Italiae desolatio. Vicit tandem grauisimorum (in quibus sanctus timor erat) virorum sententia, postponendam, pro tempore fidei causam, & vrbis Italiaeque consulendum salutem, ita piū principem perpulere, vt Arrianos restitueret, atque eos viuere suis legibus atque institutis sineret. Verū honores effusus impensū à Iustini pontifici ac legatis Romanis, adduxerunt Theodoricum in maiorem suspicionem, vnde & pontificem in carcerem cōiecit, parumque abfuit quin eum statim occidisset, adeo in hominem eraserat, & fide ac moribus cum Iustino sentientem. Perijt tamē sanctissimus homo in carcere, pedore, siti, & inedia. Pari modo Romanos legatos, cruciatos in carcere, fame peremit. Boethium verò & Symmachum, in Papia (vbi per aliquod exulauerant tempora) pariter iugulari iussit. Quam eius saeuitia, ira, diuina grauiori mul-

Ioānis pō,
tificis ma-
ximi mors

Boethii
mors,

DE V
multaui
cessorem
um annu
Regnauit
lasunta. V
ciplinatus
uo quo re
functus es
se à Goth
ipsa, Theo
se vocauit
dictis, pri
mē, regni
Theodatu
no manu
illi primō
ta, mox su
in insulan
cidi que p
agerrimē
lique om
à rege de
us Theoc
tum imm
nus Impe
sumpta c

multauit pœna. Vnde mortuus suc-
 cessorem reliquit Atalaricū filium su- Atalaricus
 um annum agentem ætatis suæ octauū. rex Gotho-
 Regnauit hic in Italia cum matre Ama- rum,
 lasunta. Veruntamen Atalaricus indis- Amalafun-
 ciplinatus & secta Arrianus erat, & octa- ta regina
 uo quo regnum assumpserat anno, de- Gothorū,
 functus est. Tunc Amalafunta, videns
 se à Gothis spretam, secum deliberans
 ipsa, Theodatum sibi consobrinum ad Theoda-
 se vocauit, & multis in eam sententiam tus rex Go-
 dictis, prius iniurium, recōciliatum ta- thorum,
 mē, regni consortem declarauit. Sed cū
 Theodatus rapinis pro sui ingenij vi-
 tio manum apposuisset, dissuauisset que
 illi primò, & post obstitisset Amalafun-
 ta, mox summa ingratitudine vsus eam
 in insulam Vulfinensum relegauit, oc-
 cidi que permisit, Tulerunt eam mortē
 ægerrimè Ostrogothi, sed & Rom. Ita-
 lique omnes, vt si aliquem inuenissent,
 à rege defecissent. Propter quod anxi-
 us Theodatus, existimare cepit, quan-
 tum immineret periculum, si Iustinia-
 nus Imperator, qui Iustino successerat,
 sumpta occasione necis Amalafuntæ,
 k 5 (cuius

IOANN. SLO. GEF.

Agapetus
pontifex.

(cuius virtutem dilexerat) Italiam in-
uaderet. Itaque placaturus imperatorē,
literas & legatos, videlicet vnā cum A-
gapeto pontifice Romanos senatores,
mittit. Cū verò mandata Theodati
de pace pontifex exposuisset, ita adulā-
ter & simulatè Imperator respondit, vt
posthac nimis sibi securus rex Theoda-
tus, multa sit ausus ad ruinā sui status.
Iustinianus autem tempus idoneum
ratus Italiæ liberandæ, mentem & cogi-
tationem ad hoc conuertit. Inuitabat
& eum prosperitas imperij, quòd pau-
lò antè per Belisarium ducem, Vuan-
dalis Aphricam abstulerat, nec ferendum
iam sibi videbatur, vt contra decus im-
perij Romani, Italiam occupari à barba-
ris pateretur. Belisarium ergo in Italiā
trafmisit cum ingenti exercitu, & pri-
mò quidem Siciliae vrbes facillè per de-
ditionem cœpit, mirabili victoriæ cur-
su, populis vrbes oppidaque certatim
Romano imperatori, cuius desiderio iā
pridem tenebantur, vltro offerētibus,
Deinde Belisarius Regium & circum-
iacentia oppida recepit per deditiōē,
Nea-

Iustinia
nus per Be
lisarium
Italiam in
vadit.

DE VI
Neapolin
alium reg
gim nomi
regis inter
ercitu Rom
nitque vt
portam in
præsidio i
locati, Fla
ciuitates &
cœpit, non
que partis
tamdiu p
rij virtutē
lia ad imp
multis pra
cū Gotho
larius cur
ad Iustini
nouū reg
qui poste
sui corpo
fectus illi
rex creat
sus. Duob
interfect

Neapolim expugnauit. Interim Gothi
 alium regem sibi & Italicis creant, Viti-
 gim nomine, & Theodatum, iussu noui
 regis interficiunt. Belisarius reparato ex-
 ercitu Romam tendit, & receptus est, eue-
 nitque ut qua die Belisarius Asinariam
 portam intraret, eadem Gothi, qui in
 praesidio ibi fuerant a Vitige rege col-
 locati, Flamineam sint ingressi. Deinde
 ciuitates & oppida in circuitu plurima
 cepit, non sine Vitigis pugna, ac vtrius-
 que partis caede maxima. Quid multis?
 tamdiu pugnatum est, donec per Belifa-
 rij virtutem, primo Aphrica, deinde Ita-
 lia ad imperium reuocata est. Sed certe
 multis praelijs id factum est, quae habuit
 cum Gothorum regibus. Nam cum Bel-
 sarius cum Vitige Constantinopolim
 ad Iustinianum fuisset profectus, Gothi
 nouum regem creant Ildoualum nomine,
 qui postea a Buillo, vno ex custodibus
 sui corporis, in conuiuio occisus est. Suf-
 fectus illi Araricus, qui quinto postquam
 rex creatus fuerat mense, ipse etiam est occi-
 sus. Duobus his regibus intra biennium
 interfectis, ad Totilam, qui & Baduilla,
 magno

Vitigis
 rex Gotho-
 rum.

Ildouadus
 rex Gotho-
 rum.

Araricus
 rex Gotho-
 rum.

IOANN. SLOT. GEF.

Totilas
rex Gotho-
rum,
Teias rex
Gothorū,

Narſes
dux exer-
citus Iu-
ſtiniāni.

Gothi Ita-
lia exce-
dunt, & Hi-
ſpaniam
petunt,

magno Gothorum consensu, regnum peruenit. Qui anno regni sui decimo interficitur, & Teias omnium iudicio, rex Gothorum eligitur. Hic pugnans cum Narſete (quem Iuſtiniānus Italico bello præfecerat ducem) telo interijt. Quo mortuo Gothi oratoribus ad Narſetem miſſis, velle ſe ex Italia excedere obtulerunt, ſi incolumes abire, ſuaque aſportare permittantur. Narſes concilio habito, Gothiſ permittere decreuit liberum reſeſſum cū ſuis bonis. Tuncque belli Gothici verus finis fuit, decimo & octauo anno poſtquam fuerat inchoatum. Ita Narſes vniuerſam Italiam, cum Romana ciuitate ad Reipublicæ iura reduxit.

CAPVT IX.

Poſtquam autem Gothi Italia abeunt, Narſes eam poſſidebat in pace annis 17. omnia in meliora reformās. Per id tempus Viſigothi in Hiſpanijs manſerunt, & in longa pacis quiete, ipſiſ Alani coaluerunt, vt illius gentis noſenſim confuderint, ac noſtra ætate permanet gens nomine compoſito, vt qui

DE
vt qui
corrup
feſto,
in om
Italiam
dibus
decimo
tam eſſ
rò ing
occupa
lani. A
Aphric
nabant
niſ ſup
xilla ſi
in regn
liā reg
initior
gioner
xiliant
mum
tentia
gnalle
xiario
doricu
Theo

EF.

, regnum
ui decimo
n iudicio,
pugnans
nus Itali-
elo interi-
oribus ad
talia exce-
nes abire,
ur. Narfes
mittere de-
uis bonis.
s finis fu-
stquam fu-
vniuersam
ce ad Rei-

i Italia ab-
debat in pa-
reformas-
Hispanijs
quiete, ip-
gentis no-
ostrea eta-
omposito,
vt qui

DE VERBI DEI VIRTU. 257

vt qui Gothi & Alani dicebantur, nūc
corrupto nomine Cathelani, gens pro-
fectò, quæ ferociæ illius, generiq; suo
in omnibus respondeat. Gothi igitur
Italiam relinquentes, Hispaniam suis se-
dibus occupauerunt quam ab Hispano
decimo Hispanorum rege, nuncupa-
tam esse tradunt. Ante Gothorum ve-
rò ingressum tres nationes Hispanias
occupabant, Sueui, Vuandali, atque A-
lani. Abeuntibus autem Vuandalis in
Aphricam, Sueui Galitiam soli guber-
nabant sub Emerico eorū rege q̄ 33. an-
nis super eos regnavit. Successit illi Ri-
xilla fili⁹, huic Rixarius filius succedit
in regno Sueuorū. Hic habuit vxorē fi-
liā regis Gothorū Theodorici, qui in
initio regni sui p̄dañ Vascōes, deinde re-
gionem quæ est vbi Cæsar augusta au-
xiliantibus Gothis vastat. Iste ad vlti-
mum dum Gothi Hispaniam cum po-
tentia ingrediuntur, occiditur, dum re-
gnasset annis nouem. De hoc tamen Ri-
xario alibi legitur, quod vltro Theo-
doricum cognatum prouocauit, & cum
Theodoricus victoriam obtinisset as-
sum.

Cathelani
vnde dicti

Sueuorū
regnum in
spania

IOAN. SLOT. GEF.

sumpto Rixario, permittit vt Sueui de genere suo principem constituerent. Vnde elegerunt in regulum Romismundum. Masdrugo ei succedit, & regnavit annis duobus, quem Armisvindus subsequitur, post illum regnum suscepit Theodomirus, post hunc Mirus. In quo deletum est regnum Sueuorum, & translatum in Gothos. Gothi autem de secta Arriana, vsque ad tempora sancti Leandri Episcopi Hispalensis fuerunt. Is nempe primus eos, ad unitatem fidei orthodoxæ reduxit. Nā Gothi ab illo tempore quo Hispaniam intrauerunt, in illa perfidia permanserunt, donec Recaredus, aliàs Ricardus succederet, qui per Leandrum Episcopum Hispalensem in fide instructus errores prædecessorum suorum minime secutus est. Non enim solum in se bonus fuit, sed & totum populum Gothicum, ab hæresi Arriana, ad veritatem reduxit Catholicæ fidei. Factum est hoc præsidente Romæ pontifice Maximo Benedicto eius nominis primo circa annum Domini 577. aut circiter impe-

Sanctus
Leander
Episcopus
Hispalensis
conuertit Gothorum regem
& gentem

DI
imper
rio ei
59. H
mus, v
lector
dis & c
aduers
tholicæ
propu
tuerit,
ritati c
co in m
cum re
diunt r
moniu
sunt in
firmati
stimon
sumus
bello p
fortes,
Arrian
iam qu
cessa ve
num n
& licet

DE VERBI DEI VIRT. 258

imperante apud Cōstantinopolim Tibe-
rio eius nominis secundo, imperatore
59. Hæc idcirco fusius prosequuti su-
mus, vt intelligas ac cognoscas candide
lector per quos & quales & quibus mo-
dis & quanto tempore hæresis Arriana
aduersus verbum Dei & sanctam Ca-
tholicã ecclesiã defensa ac q̄ acriter sit
propugnata, & tamen præualere nõ po-
tuerit, quin tandem euanesceret, & ve-
ritati cederet. Et quomodo iratus dra-
co in mulierem, adiecit facere prælium
cum reliquis de semine eius, qui custo-
diunt mandatum Dei, & habent testi-
monium Iesu, qui videlicet vigilantes
sunt in operibus bonis, & sancto con-
firmati spiritu. Ipse namq; spiritus, te-
stimoniũ reddit spiritui nostro, quòd
sumus filij Dei. Isti ergo tã flumine, q̄
bello persecutionis circũuenti, dicebãt
fortes, dicebãt insuperabiles cuicunq;
Arrianæ impietatis defensori: Quiesce,
iam quiesce, his nos terrere sermonib.
cessa verba vana proferre, nos neq; no-
num neque recentem colimus Deum:
& licet inaniter furas, teque concuti-
as, sicut

Apo. 12.

Rom. 8.

IOANN. SLOT. GEF
as, sicut vehemens ventus, in dogmati-
bus pietatis, vsque ad mortem consisti-
mus, non impotentem, non insipientē,
nō sine veritate aliquando fatentes De-
um non aliquando quidem exi-
stentem, sicut impietas Arrij
tēporalem prædicat fi-
lium, & his si-
milia.

DE VERBI DEI VIRTU-
te, & Ecclesiæ insupera-
bili potentia.

LIBER QVINTVS.
CAPVT I.



Psal. 28.

Voniam itaque Eccle-
sia Christi, virtute di-
uinitus cōfirmata per
verbum Dei omnia ista
persecutionum genera
superavit, ac per patie-
tiam euicit, non immeritō dicit cū pro-
pheta: Sæpe expugnauerunt me à iuue-
tute

DE
tute mea
Supra
catores,
snam. V
proprie
gnare co
pugnau
pugnare
insultun
diabolo
meum fa
longaue
cauerun
per grau
que affl
fuerūt m
iustorum
cant qua
figunt,
sunt por

Sæpe
Suent
incept
secution

tute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Vbi expugnauerunt accipitur improprie, pro oppugnauerunt, vel expugnare conati sunt. Dicat ergo, sepe oppugnauerunt me, meque; frequenter expugnare conati sunt, atque frequenter insultum in me fecerunt inimici mei, diabolo eos instigante. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Fabricauerunt supra dorsum meum, quando per grauem & longam vexationem atque afflictionem, impij iugiter molesti fuerunt mihi. Tunc enim supra dorsum iustorum et fidelium impij quasi fabricant quando magna illos vexatione affligunt, et quasi multa imponunt, quae sunt portatu difficilia.

CAPVT II.

Sepe itaque expugnauerunt me à iuventute mea, quia ab initio, quando incepit Ecclesia in terra, perpeffa est persecucionem malorum. Aliquando (vt

Ecclesia
ab initio
perpeffa est
persecutio
nem male
rum,

l D. Au-

IOAN. SLOT. GEF.

D. Augustinus loquitur) in solo Abel
Ecclesia erat, & expugnatus est à fratre
malo & perduto Cain. Aliquando in so-
lo Enoch Ecclesia erat, & translatus est
ab iniquis. Aliquando in sola domo
Noe Ecclesia erat, & pertulit omnes qui
diluuio perierunt, & sola arca natauit
in fluctibus, & euasit ad siccum. Aliquã
do in solo Abraham Ecclesia erat, & quã-
ta pertulit ab iniquis nouimus. In solo
filio fratris eius Loth, & in domo eius
in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit So-
domorũ iniquitates & puerilities, quo-
usq; Deus eum de medio ipsorum libe-
rauit. Cœpit esse & in populo israhel Ec-
clesia, pertulit Pharaonem & Aegypti-
os. Cœpit & in ipsa ecclesia, id est, in po-
pulo Israel numerus sanctorum, Moy-
ses & cæteri sancti pertulerunt iniquos
Iudæos, populum Israel. Ventum est &
ad dominum nostrum Iesum Ghris-
tum, prædicatum est Euangelium, di-
xit in Psalmis: Annunciaui & loquu-
tus sum, multiplicati sunt super nume-
rum. Quid est super numerum? Non
solùm illi qui crediderunt, & qui per-
tinent

Psal. 39.

DE V
tinent ad
super num
sed plure
quos. Qu
do solùm
memorat
clesia, vel
clesia, vol
clesiæ, auc
suam, dico
fili. Sæpe
tute mea.

Porro
clesia
a, præter
Augustin
& quæ in
Ecclesiæ
Machabæ
mus quã
tu Domin
uiter. Et q
puas tame
pio quide
fuisse à Iu

tinent ad numerum sanctorum, sed & super numerum intrarunt multi iusti, sed plures iniqui, & pertulerunt iusti iniquos. Quando? In Ecclesia. Nunquid modo solum ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modo ecclesia, vel ne quisquam miraretur in Ecclesia, volens esse membrum bonum Ecclesie, audiat & ipsam Ecclesiam matrem suam, dicentem sibi: Noli mirari ad ista fili. Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea.

CAPVT III.

*Ecclesie
oppugnationes.*

Porro vt cognoscas, quam saepe Ecclesia sit oppugnata a iuuentute sua, praeter oppugnationes quas sanctus Augustinus ex sacris recensuit literis, & quae in sacris scripturis reperiuntur Ecclesie factae & maxime temporibus Machabaeorum martyrum, recensemus quam saepe Ecclesia ab aduentu Domini oppugnata sit & quam grauiter. Et quamquam non omnes, praecipuas tamen recensebimus. Et principio quidem cum beatissimus Stephanus fuisset a Iudaeis lapidatus (quemadmodum
1 2 sanctus

o Abel
t a fatre
o in fo-
atus est
domo
nes qui
natauit
Aliqua
& qua-
In solo
mo eius
tulit So
tes, quo
um libe-
rahel Ec
egypti-
t, in po-
, Moy-
iniquos
um est &
Ghri-
ium, di-
loquu-
r nume-
m? Non
qui per-
tinent

IOANN. SLOT. GEF.

AA 9

sanctus Lucas refert) facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apostolos. Saulus quoq; deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahēs viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Deinde à Nerone Imperatore persecutio grauisima mota est Christianis, in quibus crudeliter iussu eius sæuitum est. Nam addebātur pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis tecti, canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammam mandi, atq; vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. persecutio hæc prima in Christianos humiles & sanctos viros, fuit Romæ, Deinde per omnes prouincias, pari sæuitia excruciatum imperauit. Domitianus deinde Imperator pessimus, mouit secundam persecutionem contra Christianos, tertiam persecutionem in Christianos concessit Traianus imperator. Tempore Marci Aurelij Antonini Veri, & Lucij Veri Cæsarum, quarta contra Ecclesiam persecutio orta est, multiq; martyrio coronati

DE
nati sunt
secutio
loco pre
tate certa
ximus im
rõe perfe
persecut
Christia
uerfum c
persecut
Aurelian
verò Dio
cletianus
nus aute
sequuti f
Ecclesias
omnibus
cem ann
incossant
Christian
na Impe
tam sæua
vnum m
ueniatur
vt cunct
ad solum

nati sunt. Seuerus imperator quinta per-
 secutione agitabat Ecclesias, & quinto
 loco præclara à militib⁹ Christi pro pie-
 tate certamina martyrij gerebãtur. Ma-
 ximus imperator, excitauit sextam à Ne-
 rõe persecutionem. Decius Imperator,
 persecutionem septimam post Neronẽ
 Christianis mouit. Valerianus per vni-
 uersum orbem octauam post Neronem
 persecutionem grauisissimam excitauit.
 Aurelianus autem nonam. Decimam
 verò Diocletianus & Maximianus, Dio-
 cletianus quidem in Oriente, Maximia-
 nus autem in Occidente Ecclesiam per-
 sequuti sunt, Christianos affligentes &
 Ecclesias vastantes. Fuit hæc persecutio
 omnibus cæteris seuerior, quia per de-
 cem annos & amplius Ecclesiam afflixit
 incessanter. Et quamuis antea semper
 Christianos persequerentur, sed 19. an-
 na Imperij Diocletiani, tam crudelis,
 tam sæua persecutio flagrabat, vt intra
 vnum mensem 17, milia martyrium in-
 ueniãtur perpepsi. Exijt enim edictum,
 vt cunctæ quæ erant in orbe Ecclesiæ,
 ad solum diruerentur, & sacræ scriptu-

IOAN. SLO. GEF.

Licinius
persecu-
tor Chri-
stianorum

ræ vbiq; igni combureretur, omnesq;
qui Ecclesijs præessent, in vincula con-
ijcerentur, ac deinde exquisitis suppli-
cijs, immolare dijs cogentur. Rapie-
bant itaque omnes Ecclesiarum princi-
pes, & sanctos clericos, nobiles & igno-
biles, viros ac mulieres vna cum pue-
ris, & varijs, inauditis, crudelioribus-
que vti excogitare poterant, supplicijs
excruciabant. Post hos omnes Licinius,
qui paulò antè aduersus persecutores
Christianorum vindicauerat, tela in
Christianos vertit, primoque de pala-
tio suo omnes Christianos exire iubet,
exutos omni militia. Post hæc statuit
omnes qui se Christianos profiteren-
tur, in carcerem trudi, addidit, ne quis
alicui in carcere cibum vel potù deser-
ret, deinde omnes qui contaminatis sa-
crificijs acquiescere nollét, lanionibus
dari, vt eos porcorum more suspensos,
per frustra cæderent, & tunc proijceren-
tur in mare. Ecclesias quoq; iussit sub-
uerti quemadmodum Eusebius scribit
lib, 9. Eccles. historiæ cap. vlti. Iulia-
nus quoque apostata quali genere per-
secu-

DE
secutioni
adeptus
stica his
nus, & lib
indicat. S
se hoc loc
sunt in d
secution
persecut
doxis mu
re molef
hæresi in
Sylvius i
bertus K
pferunt.

VId
na
ne ipsius
me à iuu
um, id ef
grauia p
tores, m
uiti. Sed
Minimè
hi. Sum

secutionis Ecclesiam vexauerit, quum adeptus esset imperium, lib. 10. Ecclesia- sticæ historiæ cap. 35. & c. refert Ruffi- nus, & liber sextus Tripartitæ historiæ indicat. Sufficit ad memoriam reuocaf- se hoc loco (vt cæteras quæ passim factæ sunt in diuersis regnis & prouincijs per- secutiones omittamus) illam horrendâ persecutionem, qua catholicis & ortho- doxis multis in locis, multo que tempo- re molesti fuerunt Bohæmi, Hussitica hæresi infecti, quemadmodum Aeneas Syluius in historia Bohæmorum, & Al- bertus Krantz in VVandalia sua descri- pserunt.

CAPVT III.

Vides quàm sepe ecclesia oppug- nata sit, vt verè Psalmista nomi- ne ipsius dixerit. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, supra dorsum me- um, id est super meam patientiam, qua grauiam portantur, fabricauerunt pecca- tores, mihi procul dubio coronam in- uiti. Sed quid? Nunquid præualuerunt? Minimè. Etenim non potuerunt mi- hi. Sum etenim domus ædificata supra

Ecclesia
domus est
ædificata
supra pe-
tram.
Matt. 7.

1 4 petram

IOANN. SLOT. GEF.

petram. Descendit pluuia hæreticæ lo-
quacitatis, venerunt flumina tyrannica
persecutionis, qua instar torrentis ra-
piebantur ac diripiebantur omnia. Et
tamen non cecidi, quia fundata sum su-
pra petram, illam scilicet de qua ipsa ve-
ritas dixit in Euangelio ad Petrum (qui
Christum Dei filium confessus fuerat)
loquês: Ego dico tibi, quia tu es Petrus,
& super hanc petram, ædificabo Eccle-
siam meam, & portæ inferi non præua-
lebunt aduersus eam. Vnde Hilarius:
Super hanc (inquit) confessionis petrâ,
Ecclesiæ ædificatio est. Hæc fides, Ec-
clesiæ est fundamentum, per hanc fi-
dem, infirmæ sunt aduersus eam portæ
inferorum. Hæc fides, regni cœlestis ha-
bet clauis. Hæc fides quæ in terris sol-
uerit, aut ligauerit, & ligata sunt in cœ-
lis & soluta. Et portæ inferi non præua-
lebunt aduersus eam. Non quidem hæ-
retici, quia (vt iterum Hilarius ait) ma-
gna est vis veritatis, quæ cum perse-
cuta, quæ ei aduersantur elucet, vt in na-
tura suam mobilis manens, firmitatem
natu-

Matt. 16

**Lib. 6. de
Trinit.**

**Lib. 7. de
Trinit.**

DE V
naturæ f
acquirat
est, vt tu
telligat, c
cum dese
atque int
quillissim
aut per d
matris ha
ex ea hæ
mittit oc
tis, tantu
tendæ de
nim hoc
promptif
mino ecc
confirma
diuersaru
abscideri
malæ int
fidium, d
us coapta
temperat
læ aduers
am aduer
ctrinis, v

naturæ suæ quotidie dum attentatur
 acquirat. Hoc enim ecclesiæ proprium
 est, vt tum vincat, cum læditur, tum in-
 telligat, cum arguitur, tum obtineat,
 cum deseritur. Omnes quidem illa secū
 atque intra se vellet manere, nec ex trā
 quillissimis finibus, aliquos abijcere
 aut perdere, dum indigni fiunt tantæ
 matris habitaculo. Sed discedentibus
 ex ea hæreticis vel abiectis, quantum a-
 mittit occasionis, largiendæ ex se salu-
 tis, tantum assequitur ad fidem, expe-
 tendæ de se beatitudinis. Cognosci e-
 nim hoc ex ipsis hæreticorum studijs
 promptissimum est. Namque cum à do-
 mino ecclesia instituta, & ab apostolis
 confirmata vna omnium sit, ex qua se
 diuersarum impietatum furens error
 absciderit, nec negari possit ex vitio
 malæ intelligentiæ, fidei extitisse dis-
 fidium, dum quod legitur sensui poti-
 us coaptatur, quam lectioni sensus ob-
 temperat, tamen dum sibi partes singu-
 læ aduersantur, non solùm suis, sed eti-
 am aduersantium est intelligenda do-
 ctrinis, vt dum aduersus vnam eam om-

Hæretici si-
 dem no-
 stram dū
 sibi aduer-
 santur af-
 firmant.

IOANN. SLO. GEF.

nes sunt, impijssimum tamen errorem omnium per id quod sola est atque vna confutet. Hæretici igitur omnes, contra ecclesiam veniunt, sed dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum, ecclesiæ triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis contra alteram pugnat, quod in hæresi altera ecclesiæ fides dânat. Nihil enim est, quod hæreticis cõmune est. Et inter hæc fidem nostram, dum sibi aduersantur, affirmant. Hæc ille.

CAPVT V.

**Tyranni
aduersus
ecclesiam
nunquam
præualue-
runt.
Vidi domi-
num.
Esaia 6**

Sed neque tyranni atque crudelissimi Christianorum persecutores (quidam Ecclesiæ nauiculā impetu suo submergere conati sunt) præualuerūt aut præualebunt vnquam aduersus eā. Vnde Chrysoſtomus de verbis Esaia, homil. 4. Iactatur quidē nauiſ (inquit) sed non mergitur. Poterat quidem in tranquillo nauigare, verū non passus est gubernator, quo simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiam plenius cognoscas. Audiant gentes, audiant Iudæi bene-
facta

DE V
facta nob
uens ecc
tis oppug
tamen vi
quot imp
us, Caius
ris ornat
runt rece
runt. Qui
lenter ob
gnata cœ
lud mihi
est ecclesi
Vnde hoc
sæ res den
decim di
bat, verū
oppugna
re lupos.
luporū en
salutem
hoc fecit?
monstrar
cidere, iu
rem, sed p
tenorem.

facta nostra, audiant instans ac feruens ecclesie studium. A quam multis oppugnata est Ecclesia, nec unquam tamen victa. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnant recentem ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij qui oppugnant, si lenter obliuioni traditi, illa verò oppugnata cælum transcendit. Neque enim illud mihi spectato, quòd in terris sita est ecclesia, sed quòd in cælo versatur. Vnde hoc dilucidum est? Nimirum ipsæ res demonstrant. Oppugnati sunt undecim discipuli, totus orbis oppugnabat, verum qui oppugnabant, vicerunt, qui oppugnabant sublati sunt. Oves deuicere lupos. Vidisti pastorem oves in medium luporum emittentem, ut ne fuga quidem salutem consequerentur. Quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit, quòd tibi demonstraret quæ rectè geruntur non accidere, iuxta nostrarum actionum tenorem, sed præter naturam, præterque rerum tenorem. Nam Ecclesia radices in cælo si-

Ecclesia
in cælo
versatur,
& potius
radices in
cælo fixas
habet, quàm
in terra.

F.
errorem
que vna
es, con-
aeretici
l tamen
um, ec-
st, dum
pugnat,
ides dā-
ticis cō-
ostram,
t. Hæc
udelisi-
tores (q
petu suo
ualuerūt
ersus eā.
is Esaiæ,
inquit)
idem in
on passus
nauigan
& guber-
gnoscas.
æi bene-
facta

IOANN. SLOT. GEF.

Io fixas habet potius quàm in terra. Verùm fortassis ethnicus, ræeam despicit arrogantiam, sed maneat hic donec harum rerum probationem attulero, discatque vini veritatis, quomodo facilius est, solem extinguere, quàm ecclesiam obscurari. Quis, inquis, ista prædicat? Is qui eam fundavit. Cælum & terra transibunt, sed verba mea non transibunt. Hæc nõ modò dixit, sed & complevit. Siquidem latius illam fundavit, quàm cælum. Est enim cælo honoratior ecclesia. Quare conditum est cælum? propter ecclesiam. Ecclesia non est condita propter cælum, cælum conditum est propter hominem, non homo propter cælum. Id perspicuum est ex his quæ fecit Christus. Non enim cæli corpus assumpsit, sed hominis.

Ecclesia
cælo hono-
rator.

CAPVT VI.

Et in sermone quodam de pentecoste: Multum, inquit, Deo Ecclesia chara est, non muris circumdata, sed fide circumseptæ. Propter ecclesiam namque extensum est cælum, diffusum est mare, extensus est aer, terra fundata est, para-
diffus

DE V
diffus plan
ta sunt, p
fuebatur,
pluebat d
ponebatur
phetæ, p
quid plur
nigenitus
cut dicit I
pepercit,
guinem f
Hic sang
plantaria
nec amitt
iacet nec
ditioni o
foliorũ t
tenetur t
tus eam f
non sene
impugna
ti ab ini
cum fide
contra ea
magis im
debatur.

difus plantatus est, mirabilia multa facta sunt, pelagus scindebatur, & iterum auebatur, petra findebatur, & iterum a pluebat de cælo, & tanquam pruinosa ponebatur mensa. Propter ecclesiam prophetæ, propter ecclesiam apostoli, & quid plura dicam? propter ecclesiam unigenitus filius Dei homo factus est, sicut dicit Paulus: *Qui proprio filio non Rom. 8.* pepercit, ut ecclesie mederetur, sanguinem filij effudit propter ecclesiam. Hic sanguis irrigat ecclesiam. Et ideo plantaria eius marcescere non possunt, nec amittunt folia arbuta eius, non subiacet necessitati temporis, nec est conditioni obnoxia, ut per æstatem, coma foliorum tegatur, hyeme amittatur. Non tenetur temporum qualitate, sed spiritus eam sancti gubernat gratia, & ideo non senescit, nec contrahitur, & multis impugnantibus non opprimitur. Quamti ab initio impugnarunt Ecclesiam, cum fidei semina iacerentur, & arma contra eam commota sunt, sed quanto magis impugnabatur, tanto clarior reddebatur. Sed nunc quidem propter Dei
 gra

IOANN. SLOT. GEF.

gratiã, & reges, & duces, & milites, & vniuersus orbis fide repletus est. Nam in principio, & (vt ita dicam) in cunabulis ecclesię reges fuere impij, duces infani, populus seditioni deditus. Et edicta iudicum vbique dabantur, arę incendebantur dæmonibus, fumus & odor pessimus, ipsum maculabat aerẽ. Terra conquinabatur sanguine, dæmões debachabantur, diabolus dñabatur, pater abdicabat filiũ, filius inhonorabat patrẽ. Natura quidẽ scindebat, sed pietas non diuidebatur. Vbi sunt nunc q̄ audet ecclesię contraire? Quando nouella erat, in nullo potuit lædi, & nũc quando vsque ad cælũ peruenit, existimas eã posse superari? Et tũc quidẽ cũ vndecim essent apostoli, nullus eos superare potuit, sed pauci hoĩes totũ ceperunt mundum, & nunc quando terra & mare, & orbis terrarum, & inhabitabiles regiones & ciuitates, & omnes fines terrę, pietate repleti sunt, putas eam te posse ledere? Sed non poteris. Christus enim propter eam passus est, portę inferi non præualebunt aduersus eam. Facilius

Ecclesia
quando
nouella e-
rat non
potuit su-
perari,
quãto mi-
nus robu-
sta facta

DE V
lius cœlu
ra perire
clesia. C
se CHR
terra tran
non præ
Dei ipso
lum, opu
Deus: Fia
pus appar
nemo imp
nus impe
mutare p
qui cælum
lum non
lum cruci
cœlum cœ
dicam cœ
sumpsi, vt
lis & om
clesia est.
verba aut
sit gentili
sunt verb
est quæ d
Dixit Ch

lius cœlum exterminari potest, & terra perire, quam aliquid mali pati Ecclesia. QVIS est qui hæc dicit? Ipse CHRISVS loquitur: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Bene enim verbum Dei ipso cœlo validius est, quia cœlum, opus verbi est. Dixit quippe Deus: Fiat cœlum, & verbum in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediēbat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego eam ædificavi, qui cœlum statui. Sed propter cœlum non fudi sanguinem, propter cœlum crucifixus non sum, nec propter cœlum cœleste corpus accepi. Et quid dicam cœli? Angelorum corpus non assumpsi, vt dicas, quoniam cœlo & angelis & omni creatura, honorabilior ecclesia est. Ideo cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Adsit gentilis, adsit Iudæus, si hæc inania sunt verba, redarguant, si autem veritas est quæ dicta sunt, adorent virtutē dei. Dixit Christus: Cœlum & terra transibunt,

Matt. 21.

Lucæ 21.

ibidem

IO ANN. SLOT. GEF

fibunt, verba autem mea non præteribunt. Facilius est cælum præterire, & terram deuorari, quàm verba mea excidere. Quæ autem sunt verba eius? Adducamus in medium, videamus ne fortè inciderint, non dubitans dico, sed hereticos occludo. Quæ ergo sunt verba? Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Qui sermones? quæ verba? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc petram, non dixit super Petrum, non enim super hominem, sed super fidem ædificauit ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei viui. Petram vocauit ecclesiam, fluctus susipientem & non titubantem. Etenim Ecclesia tot suscipit tentationes, non tamen vincitur. Quid est super petram? hoc est, super confessionem, super sermones pietatis. Si fortitan interrogabis, vtrum hæc ædificatio suscipiat lapides, aut ligna, aut ferrum non inquit, nec enim est insensibilis ædificatio, quòd si talis esset, solueretur tem-

Ecclesia non super Petri, sed super fidem ædificata.

DE
tempore,
neque de
cere pote
rum later
gebatür. C
es effodit
caro scinc
Talis qui
super han
meam, & p
aduersus c
ba. Portas
mortem p
num intra
tabitur? E
itus ciuita
tus mortu
hibet ten
eius. Si ne
cere pote
tur, vtriqu
mitto ear
litas impu
imputetur
non app
bunt adu

tempore, confessionem autem pietatis, neque demones, neque vlla creatura vincere potest. Testantur martyres, quorum latera radebantur, sed fides non frangebatur. O noua rerum materies. Parietes effoditur, & thesaurus non aufertur, caro scinditur, & fides non rumpitur, Talis quippe martyrum virtus. Etenim super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Attendite diligentius verba. Portas inferi, pericula vocat, quæ mortem pariunt. Quid ergo? In infernum intrabit quisque, quando periclitabitur? Etiam. Sicut enim portæ introitus ciuitatum sunt, sic pericula, introitus mortis sunt. Et cur, inquit, non prohibet tentationes? Ut ostendat virtutem eius. Si nemo eam impugnare posset, dicere poterant, quoniam si impugnaretur, utique vinceretur. Propterea permitto eam impugnari, ut non imbecillitas impugnantium, sed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi. Non dixit, non appropient ei, sed, non præualebunt aduersus eam. Quid ergo? Impugnabi-

Portæ Infe
ri quæ suæ

m

gnabi-

IOANN. SLOT. GEF.

gnabitur quidem, non tamen vinci poterit. Tempestates suscipit ecclesia, sed non demergitur, iacula in eam mittuntur, sed non perforatur, machinamenta preparantur, sed turris non eliditur. Et quid dico ecclesiam? Vnum sermonem loquutus est pastor, & sicut turris immobilis perseverat. Quanti tyranni verbum hoc delere conati sunt? Sed non potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Considera tyrannos, reges, gladios acutos, bestiarum dentes mortem minantes, caminos, sartagine, manus ferreas, & vncos & omnia machinamenta parata. Et pharetram quidem evacuavit diabolus, sed nihil læsit ecclesiam. Portæ inferi non præualebunt adversus eam. Testatur res ipsa, testatur horum quæ fiunt ad stipulationem. Quanti impugnaverunt, & nemo prævaluit? Et impugnatores quidem taciturnitati & obliuioni dati sunt, Ecclesia autem quotidie virtutibus augmentatur. Vbi nunc Claudius, vbi Augustus, vbi Nero, vbi Tyberius? nomina sunt nuda, horum autem nemo nec vlla horum mentio.

DE V
tio. Et qu
deo & me
autem cla

ET OR
Quo
clesiam co
instructi,
affliction
gitatum, s
fornaces,
dentes, m
innumera
dictis me
Atque hæ
rumetiam
uile quo
nia, vel
pernitios
dò cum c
ti cum co
sticis, an
tur. Nihil
siam, ac n
q; id sanè
ipsis stati

tio. Et quia ecclesiam impugnarunt, i-
deo & memoriam perdiderunt, ecclesia
autem clarior resplendet.

CAPVT VII.

ET oratione 2. aduersus Iudæos:
Quot bella, inquit, aduersus ec-
clesiam concitata sunt, quot exercitus
instructi, quot arma mota, quod non
afflictionum & vindictæ genus exco-
gitatum, sartagine, catapultâ, lebetes,
fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum
dentes, maria & proscriptiones, aliaque
innumera tormentorum genera neque
dictis memoranda, neque factis toleranda?
Atque hæc non tantum ab extraneis, ve-
rum etiam à nostris domesticis. Nam ci-
uile quoddam bellum occupat om-
nia, vel quouis potius ciuili bello
pernitiosius. Neque enim ciues mo-
do cum ciuibus, verum etiam cogna-
ti cum cognatis, domestici cum dome-
sticis, amici cum amicis conflictaban-
tur. Nihil tamen horum dissoluit eccle-
siam, ac ne inferiorè quidē reddidit. At
quod id sanè mirum & incredibile, quod hæc in
ipsis statim primordijs mota sunt. Nam

*Ecclesie
ciuile bello
non
potuit illam
euertere.*

IOANN. SLOT. GEF.

si tum irruisset hæc acerba, posteaquã
iam radices egerat, & per omnes mun-
di partes plantatum esset Euangelium,
haud perinde fuisset admirandum non
fuisse subuersam ecclesiam. Cæterum
cum ipso doctrinæ exordio nuper iacto
fidei semine, teneris etiamnum audito-
rum mentibus, tot procellæ bellorum
eruperint, res nostras non solum nulla
ex parte fuisse diminutas, verum etiam
multam accessionem adiunctam fuisse,
hoc nimirum superat omne miraculũ.
Ne quis autem dicere possit, quòd nunc
Ecclesia ob pacem à regibus præbitam
constabilita sit, cum esset minor, quum
videretur imbecillior, tunc illam oppu-
gnari permisit, vti cognoscas etiã, quòd
nunc in tuto est, non acceptum esse fe-
rendum paci, quam præstant reges, sed
à potentia Dei proficisci. Id quo magis
cognoscas esse verum, reputa tecum quã
multi conati sint apud Græcos opinio-
nes nouas, ac peregrinas viuendi ratio-
nes inducere, velut Zenon, Plato, Socra-
tes, Diagoras, Pythagoras, alijque innu-
meri, tamen adeò non vicerunt, vt plo-
risq;

DE
risq; ne
Christus
vitæ for-
tum terr-

ETi
Ch
cet mare
mouere,
ctus, nau
post pau
stimulum
retundes,
bis, nequ
amplius a
metipso
extenuat
nihil fort
ponit, vi
nim, vel u
ferre. Ho
se vinctes,
cere null
qui est or
mur dom
sumus? D

risq; ne de nomine quidem sint noti. Christus autem non modò præscripsit vitæ formam, verùm etiam hanc per totum terrarum orbem plantauit.

CAPVT VIII.

ET in homilia, cum de expulsiōe Chrysofomi ageretur: Infaniam licet mare (inquit) petram non potest cōmouere, insurgant quantumlibet fluctus, nauis Iesu obrui non potest. Et post pauca: Durum tibi erit aduersum stimulum calcitrare, quia non stimulū retundes, sed pedes calcitrans vulnerabis, neque fluctus qui saxo illiduntur, amplius aliquid proficient, quàm vt semetiplos fracti dissoluant, & in spumas extenuati depereant. Christi ecclesia nihil fortius, si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est, tale est enim, velut si cælo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse vices, at fortè vinceris, ecclesiā vincere nulla vis poterit. Deus est ecclesia, qui est omnibus fortior. Aut æmulamur dominum. Nunquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labem 3 facta-

IOANN. SLOT. GEF

**Ecclesiam
tremētē
deus cōfir-
mat.**

Luc. 21,

Matt. 16

**Ecclesia
fulget su-
per splen-
dorem so-
lis.**

factare conaris. Aut experiri vis po-
tentiam domini? Ipse est qui respi-
cit super terrā, & facit eam tremere,
& iterum qui iubet, & tremor eius soli-
datur. Aut non vidisti trementem ciui-
tatem tuā, quoties stare fecit? Multo ma-
gis ecclesiam suam tremētē poterit cō-
firmare. Fortior enim ecclesia multo
quàm terra, imò & fortior cælo. Cælū
& terra transibunt, verba autem mea
non transibunt. Quę verba? Tūc Pe-
trus, & super hanc petram ædificabo ec-
clesiam meam, & portæ inferi non præ-
ualebunt in eam. Quòd si non credis ver-
bo & rebus ipsis, operibus crede. Quan-
ti tyranni aggressi sunt impugnare ec-
clesiam Dei, quanta tormenta, quantas
cruces adhibuerunt, ignes, fornaces,
feras, bestias, gladios intendentes, &
nihil agere potuerunt? Vbi nunc sunt
illi qui hæc fecerunt, & vbi illi qui hæc
fortiter pertulerunt? Nunc ij æternis
pœnis premuntur, & isti æternis gau-
dijs eriguntur. Fulget enim ecclesia su-
per splendorem solis, & persecuto-
res eius perpetuis tenebris contegun-
tur.

DE V
tur. Non
foli erant
vbi orbis
multitud
ci? Cælun
tò, charic
lum. Non
sed propt
quanta: In
mota est &
corruit ci
diabole ec
re, qui tre
mè valuis
fia, sed in
fortes, qu
ro, sed fid
titudine
re non po
bi fecerin
ingressa e
immatur
cū latera
uere non
ro in torn
fecit. Cor

tur. Non legis scriptum, quia vndecim
 soli erant, & vinci non potuerunt? Nunc
 vbi orbis tetrarum repletus est piorum
 multitudine, quomodo poterunt vin-
 ci? Cælum & terra transibunt, & meri-
 to, charior enim ecclesia Dei quàm cælum.
 Non enim ecclesia propter cælum,
 sed propter ecclesiam cælum. Et post ali-
 quanta: Intuemini ergo quomodo com-
 mota est & contremuit terra, & tñ non
 corruiuit ciuitas. Quomodo impurissime
 diabole ecclesiam te putas posse dei-
 cere, qui trementes parietes dei-
 cere minime valuisti? Non est in parietibus eccle-
 sia, sed in multitudine piorum. Ecce quæ
 fortes, quàm immobiles statis, non fer-
 ro, sed fide vincunt. Et quid de tanta mul-
 tudine loquor? Vnum fidelem vince ^{Ecclesiam}
 re non potes. O diabole, nescis quæ ti- ^{quò vince}
 bi fecerint martyres? Quò frequenter ^{re posset}
 ingressa est puella ætate tenera, annis ^{diabolus,}
 immatura, & inuenta est fortior ferro, ^{cum plerum}
 cū latera eius scinderes, fidē tñ eius mo- ^{que tene-}
 uere non posses. Defecit frequenter ca- ^{rā puellā}
 ro in tormentis, & robur fidei non de- ^{non potu-}
 fecit. Consumptum est corpus, & mens ^{erit supe-}
 rare?

IOANN. SLOT. GEF,
non potuit inclinari. Interijt substan-
tia, & perstitit patientia. Si ergo frequē-
ter ab vna puella victus es, quomodo
speras tantæ huius & tam fidelis multi-
tudinis fidem te posse euincere? Non au-
dis domini vocem dicentis, Quia vbi
duo aut tres sunt congregati in nomi-
ne meo, ibi sum & ego in medio eorū?
Quid, vbi tanta fideiū multitudo est,
charitatis nexibus vineta? Et in libro,
Quòd Christus sit Deus: A die, inquit,
qua dictum est, constat ecclesia solida
& stabilis ac inuicta, florens & fulgens,
& indies magis ac magis vicens, crescēs
& plus roboris sumens, & omnibus qui
ab illo die vsque ad domini aduentum
futuri sunt præstans, vt summos inde
fructus, & ineffabilem vtilitatem cape-
re queant. Nam & qui ante nos, & qui
ante illos, & qui multo superius fuere,
cognouerunt eius virtutem, videntes
eam vexari bellis, periculis, tumultib⁹,
turbis, fluctibus & tempestatibus, & ne-
que sic submergi, vinci, superari, & ex-
tingui, sed florere, crescere, & extolli.

Caput

DE V

Sæpe
Si uen
mihi. Sup
runt pecc
tatem sua
nimè. Na
concidet
rentes adu
pingui ce
secuti fun
ter percus
ra. Alios d
nis tamer
ta. Et vt è
feramus i
iustus De
simi Ant
cutus est
& conge
facturum
dñs deus
li & inui
ipsum se
dirus vi
torment

DE VERBI DEI VIRT. 271
CAPVT IX.

SAepe itaque expugnauerunt me à psal. 128
si uentute mea, sed non potuerunt
mihi. Supra dorsum meum fabricaue-
runt peccatores, prolongauerunt iniqui-
tatem suam. Sed nunquid impunè? Mi-
nimè. Nam sequitur: Dominus iustus
concidet ceruices peccatorum, qui cur-
rentes aduersus Deum erecto collo &
pingui ceruice armati ecclesiã eius per-
secuti sunt. Nam plerosque ex eis graui-
ter percussit in hac vita pariter & futu-
ra. Alios & si fortè hìc nõ puniuit, æter-
nis tamen incendijs damnauit in alia vi-
ta. Et vt è plurimis pauca exempla pro-
feramus in medium, sic omnipotens &
iustus Deus, concidit ceruicem impijs-
simi Antiochi, eò quòd ita superbè lo-
cutus est se venturum Hierosolymam,
& congeriẽ sepulchri Iudæorum, eam
facturum. Sed qui vniuersa conspicit
dñs deus Israel, percussit eum insanabi-
li & inuisibili plaga. Vt em̃ finiuit hũc
ipsum sermonẽ, apprehedit eum dolor
dirus viscerum, & amara internorum
tormenta. Et quidem satis iustè. Quip-
m s pe

Ecclesie
oppugna-
tores tem-
per puniti
uerunt.

2. Macha. 9

IOANN. SLOT. GEF.

pe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetueuntem, de curru cadere & graui corporis collisione membra vexari. Isq; qui sibi videbatur, etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore, exercitus grauaretur. Et qui paulò ante sidera cæli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus, miserabili obitu victa functus est. Herodes rex, qui miserat manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia,

Act. 12.

DE VI
fia, qui occisus
nis gladio,
tandem in
honorem I
mini, & cor
uit. Simil
rianus in A
ter fuerat p
pro insign
percussus f
expirans.
rijs eccles
hic annota
ose interm
lici progre
superabili
contenti.

PRo in
mo 9
men oculi
onẽ peccat
aptari, q̃ p
tandẽ cor
vel hic vel
tribution

fia, qui occidit Iacobum fratrem Ioan-
 nis gladio, & Petrum misit in carcerem,
 tandem in Cæsarea, cum non dedisset
 honorem Deo, percussit eū angelus do-
 mini, & consumptus à vermibus expira-
 uit. Simili modo Honoricus rex Ar-
 rianus in Aphrica, q̄ catholicos graui-
 ter fuerat persecut⁹, extinctus est. Nam
 pro insigni in sanctos impietate, à Deo
 percussus scetet vermibus miserabiliter
 expirans. Possemus plurima ex histo-
 rijs ecclesiasticis eiusmodi exempla
 hic annotare, sed breuitatis gratia studi-
 ose intermittimus, hæc de virtute & fe-
 lici progressu verbi Dei, & ecclesiæ in-
 superabili ac inuicta potentia scripsisse
 contenti.

CAPV T X.

PRoinde non ineptè, quod in psal-
 mo 90. de iusto dicitur: Verunta-
 men oculis tuis cōsiderabis, & retributi-
 onē peccatorū videbis, Ecclesiæ potest
 aptari, q̄ per tentationes varias probata,
 tandē coronatur, ipsis persecutionibus
 vel hic vel in futurum damnatis, & re-
 tributionem peccatorum, suorum re-
 cipient-

IOANN. SLOT. GEF,

ipientibus. Cæterum propter vicinitatem argumenti, placuit hic subijcere quædam ex opere quodam imperfecto in Matthæum quod dicitur inter opera S. Ioannis Chrysofomi Ex cap. 7. Homilia 20. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram. Frequenter miramur, quod homines, aut promissionibus flexi, aut terroribus fracti, aut persuasionibus falsorum doctorum circumuenti, relinquunt fidei veritatem, & ad mendaciū infidelitatis transmigrant. Quod si vel hanc vnam sententiā Christi caute intelligerem, & recordaremur, nunquam de perditione talium hominum at apud Christum qui nunquam stetit in Christo? aut quomodo teneat eum veritas, qui nunquam tenuit veritatem? aut quomodo seruet eum iustitia, qui iustitiam non seruauit? Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea. Quæ verba? Quæ superius dixit. Vt qui vult esse Christianus verus, non solum non occi-

Non esse
mirandum
si mali dis-
cedant.

DE VE
dat, sed nec
lūm non pe
lūm non fo
oculum cor
cutiat, sed n
solum alien
ti dimittat
diligat, sed
nas faciat, n
onibus in st
um, ieiunia
non iudice
sed suæ infi
noscat, non
margaritas
tat, quærat
autem à fal
libus ædific
poteat fieri
tionibus ca
percussus t
nullius ius
Quis ista c
mus Deum
tem illis pr
quibus ius

dat, sed nec irascatur sine causa, non solum non periuret, sed nec iuret, non solum non fornicetur, sed nec vsque ad oculum concupiscat, non solum non percutiat, sed nec percussus repercutiat, non solum aliena non tollat, sed etiam cogēti dimittat, non solum amicos sincere diligat, sed etiam inimicos. Eleemosynas faciat, non coram hominibus, orationibus instet intrans in cubiculum suum, ieiunia celebret, non cum tristitia, non iudicet fratrem suum peccantem, sed suae infirmitatis consideratione ignoscat, non det sanctum canibus, neque margaritas suas mittat ante porcos. Petat, quærat, pulset, vt accipiat. Attendat autem à falsis prophetis. Qui ergo se talibus ædificauerit mandatis, quomodo potest fieri, vt aliquando fractus tentationibus cadat? Aut econtrà quomodo percussus tentationibus stabit, qui se nullius iustitiæ fundamento ligauit? Quis ista custodiuit & cecidit? Culpa-
mus Deum, quia non custodiuit. Si autem illis præualet fortitudo diaboli, in quibus iustitia Christi non inuenitur,

ma-

IOANN. SLOT. GEF.

Christus
vir sapiens
ædificauit
domum
supra pe-
tram.

Matt. 16

Diabolus
vir stultus

Hier. 17
Diaboli
domus æ-
dificata est
super are-
nam.

magis illorū perditione laudandus est
Deus, quam culpandus, quia hi soli pe-
reunt, qui mandata Christi contēnūt.
Similabo eum viro sapienti. Non di-
xit, Aestimabo eum virum sapientem,
sed similabo eum viro sapienti. Ergo
alter est qui simulatur, alter est vir cui
simulatur. Ergo qui simulatur, est ho-
mo, cui autem simulatur Christus. Chri-
stus enim sapiens est vir, qui ædificauit
domum suā, id est, ecclesiam, supra pe-
tram, id est, supra fortitudinē fidei. Nā
& fortitudo fidei petra dicitur, propter
quā Simon Petrus dictus est, ad quā di-
cit Deus: Tu es Petrus, & super hanc pe-
tram ædificabo ecclesiā meam, & portæ
infernī non præualebunt aduersus eam.
Quis est vir stultus? Diabolus, de quo
dicit Hieremias: Clamauit perdix, con-
gregauit filios quos non genuit, fecit
diuitias suas, nō cum iudicio, in medio
dierum derelinquet eas, & in finem e-
rit stultus. Iste ergo diabolus insipiens
vir, ædificauit domum suam sup arenā.
Domus enim eius ante Christū fuerunt
omnes gentes. Sicut enim sancti, do-
mus

DE VI

mus facti su
m^o sunt in
super arena
tiam infide
dei dicitur
fidelitatis a
latria, quæ
ras semper
arenam, id
ac infideles
dicuntur, nō
dem fru
lis manet. D
vnita est, &
autem gran
adhærent ad
infideles, q
sunt vniti, n
per diuersa
us quidem
et dogmata
cent, quæ f
Eo modo
nunquam f
tot sententi
renæ asim

DE VERBI DEI VIR. 274.

mus facti sunt Christi, ita & impij domus sunt inimici. Aedificati aut fuerunt super arenam, id est, super inconstantiam infidelitatis. Si enim constantia dei dicitur petra, recte & inconstantia infidelitatis arena vocatur, id est, idololatria, quæ per varias idolorum culturas semper dispersa est. Aut certe super arenam, id est, super carnales homines ac infideles. Ideo tales homines arena dicuntur, non terra, quoniam terra quidem fructum facit, arena autem sterilis manet. Deinde, quia terra quidem vnita est, & in seipsam constricta, arena autem grana non conueniunt sibi, nec adhærent adinuicem, sic et sunt omnes infideles, qui sub diabolo sunt, non sunt vniti, nec vnum sapiunt, sed sunt per diuersas opiniones dispersi, et alius quidem sic dicit, alius autem sic. Sic et dogmata Philosophorum nos docent, quæ sunt contraria sibi semper. Eo modo perfidia hæreticorum, qui nunquam sapiunt vnum, sed quot sunt tot sententias habent. Propter quod arena assimilatur ois diaboli populus.

Popu-

Arenæ assimilantur omnes infideles & hæretici.

IOAN. SLOTT. GEF.

**Catholici
alsimilantur
lapidi.**

**Pluuia do
ctrinam si
gnificat.
Elaig.**

**Nubes pro
phetas &
Apostolos
designant**

Pla. 17

Populus autem Dei, non solum vnitus est, quasi terra, quæ quamuis compacta sit, tamen solubilis est, sed est sicut lapis constrictus & indissolubilis. Tertio quia diaboli populus, non numerabilis est, sicut arena, Dei autem ex multis vocatis pauci electi. Pluuia autem est doctrina, quia sicut pluuia irrigat terram, vt proferat fructum, sic doctrina hominem irrigat, vt iustitiam operetur. Sicut dicit Deus per Esaiam, de tollenda à Iudæis doctrina: Et mandabo (inquit) nubibus, ne pluant super eam pluuiam. Nubes enim dicuntur Prophetæ & apostoli, quia sicut nubes baiulant pluuia, & effundunt eam super terram, sic & Prophetæ & apostoli, accipiunt verba à deo, & effundunt super rationalem terram. Sunt autem nubes, quæ à spiritu sancto excitantur, & sunt nubes, quæ à spiritu potestatis aeris, sicut dicit Propheta: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes enim quæ à spiritu sancto excitantur, candidam baiulant aquam, id est, veram & sanctam doctrinam. Quæ autem à spiritu potestatis aeris, tenebrosam baiulant

DE
iulant aquam doctrinam sed tenebrosam qui suscipit te quidem qui intra parte autem virtutum, in sensibus ducunt ad rerum. Pluuia soluere, vt vrgere, Sic sua doctrinae ununt hominum suasionibus intrat in cunctis inuisibilitate eius eorum lit. Sic & doctrinam iustitiam & rationalem sanctus vult prosperantibus acquirere non est po

iulant aquam, id est, falsam & impi-
 am doctrinam, quæ non illuminat
 sed tenebrescere facit mentes eorum,
 qui suscipiunt eam. Venti autem ex par-
 te quidem mala, sunt immundi spiritus,
 qui intra præcordia hominum flant. Ex
 parte autem bona, spiritus diuersarum
 virtutum, vel angeli qui inuisibiliter
 in sensibus hominum operantur & ad-
 ducunt ad bona. Et vide proprietatem
 rerum. Pluuiæ proprium est mollire &
 soluere, ventorum autem cum virtute
 urgere, Sic ergo impiorum nubes falsa
 sua doctrina & promissionibus molli-
 unt homines, & blandimentis & per-
 suasionibus soluunt, diabolus autem
 intrat in corda eorum, quasi ventus, &
 inuisibiliter urget consentire menda-
 cijs eorum, vel in cætera peccata cõpel-
 lit. Sic & in parte bona sanctæ nubes do-
 ctrinam iustitię persuadent hominibus
 & rationabiliter placant, spiritus autem
 sanctus vel angeli, quasi prosperi venti
 prosperantes in cordibus, faciunt homi-
 nes acquiescere veritati. Sicut enim
 non est possibile, vt ex sola pluuiam fru-

Venti an-
 gelos signi-
 ficant.

Flumina
doctores
intelligun-
tur.

IOANN. SLOT. GEF

Etificet terra, nisi flauerit super eam
ventus, sic non est possibile, vt sola do-
ctrina corrigat hominem, nisi coope-
ratus fuerit spiritus sanctus in corde
ipsius. Flumina autem sunt, ex parte
quidem mala, homines immundo spi-
ritu pleni, & in verbo structi, quales
sunt Philosophi dogmatum diuerso-
rum, Oratores, Grammatici, cæteri que
non secundum DEVM sapientes, de
quorum ventre eunt flumina aquæ
mortuæ. Ex parte autem bona, Euan-
gelistæ, doctores populi, cæteri que sa-
pientes secundum Deum, de quorum
ventre exeunt flumina aquæ viuæ. Ec-
clesiam ergo, quam Christus vir sapi-
ens super petram ædificauit, neque
pluuia mendacis doctrinæ corrumpit,
neque diabolicus ventus impellit, ne-
que violentorum fluminum impe-
tus mouet. Nam & si humiliatur
Ecclesia propter tentatio-
nem, tamen perire non
potest propter fi-
dem Christi.

Caput

DE

NE
de
quam Ch
non omni
israhelita
ni dicunt
rum enim
mina. Di
dominus
iniquitat
mini. Erg
ille est Ch
nomē Ch
petram fi
mum aut
sibi super
& oēs im
scendit p
pheticas,
venti, id
li, qui in
dem veri
na. i. quat
entes, & i

Nec est contrarium, quod quidam Ecclesiam
 de ecclesia cadunt, illi enim nunquam
 Christiani fuerunt. Sicut enim non omnes
 qui sunt in israhel, hi sunt israhelite,
 sic non omnes qui Christiani dicuntur,
 sunt & Christi. Christianorum enim
 opera sunt aspicienda, non nomina.
 Dicit enim apostolus: Cognouit dominus
 qui sunt ipsius, & discedat ab iniquitate
 omnis qui inuocat nomē domini. Ergo
 qui discedit ab iniquitate, ille est Christi,
 non qui vacuē nominat nomē Christi.
 Illi enim tales, nec supra petram fidei
 erāt ædificati. Aduersus domum autem,
 quā ædificauerat stultus sibi super arenā,
 id est, aduersus gētiles & oēs impios,
 qui sunt diaboli domus, descendit pluuia,
 id est, ueritatis doctrina, prophetica,
 & apostolica nubes, flauerunt venti,
 id est, gratiæ spirituales, aut angeli,
 qui inuisibiliter operātes hoīes ad fidem
 ueritatis inclinant, uenerūt flumina,
 id est, quatuor euāgelistæ, aut ceteri
 sapientes, & impegerūt in domū illā & sic
 cecidit.

2. Tim. 2

 Domus di
 aboli quo
 modo sic
 subuersa.

n 2 cidit

IOAN. SLOT. GEF.
cidit domus Diaboli, & spiritualibus
instrumentis, erecta est domus Chri-
sto.&c.

CAPVT XII.

EX cap. 8. homilia. 23. In illo tem-
pore, ascendente Iesu in nauicu-
lam, secuti sunt eum discipuli eius &c.
Secundum allegoricam rationem quæ
in his omnibus figura monstrata sit, so-
licitè debemus intelligere. Quærendū
enim est, quid hæc nauis iuxta spiritua-
lem rationē intelligi debeat, vel quod
hoc mare, vel qui insurgentes fluctus,
qui venti, qui hos fluctus cōcitant, qui
etiam somnus domini, vel quæ hæc in-
crepatio domini in ventos, & quæ ista
restituta tranquillitas, vel que digna ad-
miratio nauigantium. Et non dubium
est nauem istam Ecclesiam figurasse, se-
cundum quod per Salomonē de ea spi-
ritus sanctus loquitur, dicens: Facta est
tanquam nauis mercatura longinqua,
id est, Ecclesia, quæ nauigantibus apo-
stolis, gubernante domino, flante spiri-
tu sancto, prædicationis verbo ubiq; dis-
currit, portans secum magnum & inæ-
stima

Ecclesia fi-
gurata per
nauem.
Prou. 31.

DE V
stimabile
minum,
sanguine
lio quoda
dicendo
lagizanti
dens cou
renam eff
cūdum q
dicens: N
lis est: Ma
à diuersis
bus, velu
De quo s
num & sp
non est n
magnis, &
illudendu
tudinem
Venti aut
mundi sp
nafragi
tentation
seuiunt.
nauitunc
onem fic

estimabile pretium, quo omne genus hominum, vel potius totum mundum in sanguine Christi mercata est. De quo alio quodam loco idem Salomon retulit dicendo inter cetera, vestigiū navis pelagizantibus inueniri non posse, ostendens conuersationem ecclesiæ, non terrenam esse vel seculi, sed cœlestem, secundum quod sanctus Apostolus refert, dicens: Nostra autē conuersatio in cœlis est: Mare seculum intelligitur, quod à diuersis peccatis, & varijs tentationibus, velut quibusdam fluctibus estuat. De quo scriptū legimus: Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia quorū non est numerus. Animalia pusilla cum magnis, & draco iste quem formasti ad illudendum ei. Et iterum: Veni in altitudinem maris, & tēpestas demersit me. Venti autem nequitix spirituales, & imundi spiritus intelliguntur, qui ad naufragium ecclesię per diuersas seculi tentationes, velut per fluctus maris desequiunt. Dormire verò dominus in hac nauī tunc intelligitur, cum ad probationem fidei, ecclesiam suam pressuris

Sapient. 5

Phil. 3

Psal. 103.

Venti designāt imundos spiritus.
Dormire quando Christus dicatur in & ecclesia.

IOANN. SLOT. GEF.

& persecutionibus mundi istius tentari permittit. Oratio verò discipulorum, & excitantium dominum & auxilium implorantium vt liberarentur, preces sanctorum omnium ostenduntur, qui orta tempestate persecutionis, sæuiente diabolo & angelis eius, deuota fide ac iugi oratione, patientiam domini velut de somno excitant, vt misericordiæ suæ auxilio, per timorem humanæ infirmitatis, periclitantibus subuenire dignetur, quo increpatis ventis, immundis scilicet spiritibus, qui autores sunt persecutionis, & mitigata omni seculi tempestate, Ecclesiam suam in pace & tranquillitate restituat in admiratione verò eorum qui in nauiculant, qui post tranquillitatem factam Dei filium confitentur, omnium credentium persona & fides ostensa est, qui in Ecclesia constituti, prius orationibus dominum excitantes, reddita sibi pace, verè dominum ac defensorem Ecclesiæ suæ, Dei filium confitentur. Quod factum statim in Actis Apostolorum, post Hærodis persecutionem & Iudæo-

DE
Iudæo
gnosci
ne inin
te labo
stibus
potest,
torem.
di, inte
gloriæ
firma &
gat eni
fœlici
bens D
miges,
rum er
re cruc
suspéd
tum pa
næ dec
uis per
tiones
culi na
culi na
corum
fiæ ve
iudicij

Iudæorum, à sanctis pro Ecclesia recognoscimus. Vnde & quamuis infestatione inimici ecclesia, vel seculi tempestate laboret, quibusuis tentationum fluctibus pulsetur, naufragium facere non potest, quia filium Dei habet gubernatorem. Inter ipsos enim turbines mundi, inter ipsas seculi persecutiones, plus gloriæ ac virtutis acquirit, dum in fide firma & indissolubili permanet. Navigat enim instructa fidei gubernaculo, felici cursu per huius seculi mare, habens Deum gubernatorem, angelos remiges, portans choros omnium sanctorum erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei vela suspēdens, stante spiritu sancto, ad portum paradisi & securitatē quietis æternæ deducitur. Et hæc quidem navis, quæ per hoc tempus vitæ, per has tentationes seculi nauiget, non est tamen seculi navis, sed Dei. Est enim & alia seculi navis, non Dei, collectio hæreticorum, quæ sibi huius nomen Ecclesiæ vendicat. Aduersum quam diem iudicij futurum Esaias manifestè declarat

Ecclesia
naufragiū
nō potest
facere.

Hæretico-
rum colle-
ctio navis
est huius
seculi.

IOANN. SLOT. GEF.

Esaiæ 2,

Esaiæ 53,

declarat dicens: Dies (inquit) dominus
sabaoth, aduersus omnem contumelio-
sum et superbum. Et post aliquantulū
ait: Et aduersus omnem nauem maris,
id est, omnem Ecclesiam hæreticorum,
De qua alibi idem Esaias retulit: Diru-
pti sunt (inquit) funes tui, inclinavit ma-
lus, neq; depressa sunt aut etiam laxata
vela tua. Nauem verò hanc maris esse
dixit, quia huiusmodi ecclesia, non Dei
est, sed seculi, quæ licet habere in se præ-
dicationem dominicæ crucis videatur,
inualidam tamen hanc arborem eius o-
stendit, quia ubi non est veritas fidei, in-
firma crucis assertio est. Vnde inclinata
et laxata vela eius sunt ostensa, quòd nul-
lo flatu sancti spiritus diriguntur. Et
ideo huiusmodi nauis, id est, ecclesia hæ-
reticorum, amisso veræ fidei guberna-
culo, dominatibus aduersis spiritibus,
in naufragium mortis æternæ demergi-
tur, quæ gubernari à Christo domino
non meretur, qui est benedictus in se-
cula seculorum, Amen

FINIS.

F. IO
TAN
Theol
verb
lo



solūm c
stament
sanctas
definiti
definiti
bum D
taxat sac
demanc
sum fur
superq;